



# **Tabulae anatomicae quas ad naturam accurate descriptas in lucem edidit Fridericus Arnold**

<https://hdl.handle.net/1874/286533>



Kast H  
Plank 5  
Vak 1

PC. 168

FRIDERICI ARNOLDI

**TABULÆ ANATOMICÆ.**

FASCICULUS II.

CONTINENS

ICONES ORGANORUM SENSUUM.

TURICI,

IMPENSIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.




M. fo.

71

*Kant H pl 2*







BIBLIOTHEEK UNIVERSITEIT UTRECHT



2820 168 3



FRIDERICI ARNOLDI

**TABULÆ ANATOMICÆ.**

---

**FASCICULUS II.**

CONTINENS

**ICONES ORGANORUM SENSUUM.**







AC 465.

**TABULÆ  
ANATOMICÆ**

QUAS

AD NATURAM ACCURATE DESCRIPTAS

IN LUCEM EDIDIT

**FRIDERICUS ARNOLD.**

FASCICULUS SECUNDUS.

**ICONES ORGANORUM SENSUUM.**

UNDECIM

TABULÆ ELABORATAE ET TOTIDEM ADUMBRATAE.

---

**TURICI**

IMPENSIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

**LONDINI** APUD BLACK & ARMSTRONG.

**PETROPOLI** APUD WILHELMUM GRAEFF.

**PARISIS** APUD I. B. BAILLIÈRE.

**TRAIECTI** AD RHENUM APUD ROB. NATAN.





TABER

ALPHABETICAL

OF THE

AMERICAN

DICTIONARY

OF THE

LANGUAGE

OF THE UNITED STATES

OF

AMERICAN

DICTIONARY



MEMORIAE

**SAMUELIS THOMAE SOEMMERRINGII**

ANATOMICI

DE ICONOGRAPHIA ORGANORUM SENSUUM

OPTIME MERITI


HAS ICONES

**ORGANORUM SENSUUM**

DEDICAT CONSECRAT

**FRIDERICUS ARNOED.**







Quae mihi observanda esse statueram, cum primum huius operis fasciculum elucubrare aggrederer, eadem in hoc quoque non mittenda esse existimabam. Quemadmodum enim in cerebro, ita etiam in organis sensoriis nihil antiquius mihi fuit, quam ut illa organa eorumque partes in situ naturali et, ubi fieri poterat, in statu recenti exhibenda curarem illudque latus eligerem, quod et ad capiendum aptissimum et ad docendum utilissimum videretur. Quae res ut mihi melius procederet, praeparata, paucissima tantum si exceperis, recens conficiebam et pro plurimis iconibus nonnulla, pro quibusdam etiam compluria praeparata ita effingebam, ut ea invicem comparare eorumque icones accuratiores reddere possem, quam fieri solet, ubi exhibendae uni parti unum tantum praeparatum inservit. Praeterea non destiti etiam ad icones antecessorum meorum recurrere, eas cum natura conferre, et quae in iis bona ac perfecta cognoscerem in utilitatem meam convertere. Nec tamen unquam illud a me impetrare poteram, ut quae alii repraesentaverant, ea temere depingerem; imo ne earum quidem imaginum ullam iterum sumebam, quibus ipse singulas partes oculi et auris prius exhibendas curaveram. Taedet me omnino quidquam eorum, quae ab aliis exhibita sunt, iterum depingere; etenim plus una vice mihi persuasi, quod inde arti nostrae anatomicae maxima damna afferantur, et quod praecipue istis imaginibus iterum depictis, etiamsi praeclarissimae fuerint, multi errores ab uno decennio ad alterum, imo ab uno saeculo ad alterum servantur et posteritati tradantur. Naturam tanquam optimam magistram agnoscere oportet, tum in ea indaganda ea diligenter reputare, quae ab huius artis peritissimis viris exarata sunt, quaeque ab illis bene facta invenimus, ea in usum nostrum convertere, quae vero perverse facta deprehendimus, ea sollicite evitare. Neque enim fieri potest, ut ea, quae ab hominibus facta sint, non vitiosa inveniantur. Tali modo fundamenta, quae a maioribus nostris iacta sunt, superstruentibus altum quasi disciplinae nostrae templum aedificare nobis licebit. — Quicumque has tabulas partim cum illis quas alii publicas fecerunt et cum illis, quae prius a me exaratae sunt, partim cum natura comparaverit, inveniet, in quibus rebus ea, quae a me investigata sunt, dissident ab illis, quae ab aliis explorata exhibentur, idemque facile iudicabit, in quantum ea cum ipsa natura convenire praedicare liceat, simulque inde cognoscat, num quid commodi scientiis ex his liberis studiis enascatur, quantique illud aestimandum sit. Nolo has tabulas organa sensuum exhibentes cum illis conferre, quae ab aliis anatomicis editae sunt. Etenim me non decet de meis operibus iudicare, neque de aliorum iconibus sententiam ferre volo, ne, si quid vituperassem, Aristarchus esse videar. Itaque hanc provinciam illis trado hominibus, quos in neutram partem abeuntes integra mente cognoscere ac iudicare iuvat.

Quaquam frequens est numerus figurarum, quae in hoc fasciculo continentur, tamen earum nullam supervacaneam esse arbitror. Haud magni laboris fuisset nonnullas decadas addere; verum id nolui, quia non ignoro, quanta incommoda et nimia multitudine figurarum enascantur. Etenim in iconibus quoque faciendis inclytum illud „multum non multa” recte dixeris. Rebus prudenter selectis iisque ab ea parte, quae aptissima nobis esse videbatur, exhibitis magnum numerum figurarum supervacaneum reddidimus. Ad hoc etiam illud consecuti sumus, ut hanc vel illam partem una pluribusve imaginibus magis conspicuam facere nobis contingeret, quam licuisset, si nimia multitudo figurarum esset posita. Simili modo in collocandis figuris, quae in unaquaque tabula repraesentantur, hanc operam dedimus, ut ea esset illarum omnium dispositio atque coniunctio, quae claram perspicuamque imaginem praerberet. Inde quaeque tabula in regula quodammodo totum quoddam designat. Ita tabula *prima* externarum partium organi visus claram et perspicuam imaginem repraesentat; *secunda* et *tertia* bulbi oculi; *quarta* earum partium orbitae, quae ad bulbum oculi pertinent; *quinta* externae, *sexta* mediae, *septima* internae auris; *octava* et *nona* organi olfactus; *decima* organi gustus; *undecima* denique cutis. Utinam fortuna tulerit, ut metam, quam primariam in edendis his tabulis mihi proposueram, contingerem.

Ut autem imagines exhiberem, quae quantum quidem in me esset, naturae maxime responderent, nec temporis nec operae ullam rationem habui et quibus ad icones faciendas opus erat, ea ipse praeparavi. Cuius rei gratia pro hoc fasciculo centena praeparata elaboravi. Quanti laboris id sit, quisque facile aestimare poterit, qui in secundis organis sensoriis diutius fuerit versatus.



Grato animo hoc loco testari debeo, quod vir clarissimus Dr. *Hodes*, qui munere prosectoris in theatro anatomico Turicensi fungitur, pro sua humanitate id officii mihi praestiterit, ut iniectiones in vasis sanguiferis faciendas susceperet. Idem iniectionibus, quas fecit et arteriarum et venarum oculi, auris, narium, linguae et cutis in opusculo meo magno mihi adiumento fuit. Quapropter pro magno labore meritam debitamque gratiam hic palam ei persolvere mihi volupe est.

Pari modo meum esse arbitror eas partes praedicare, quas *Franciscus Wagnerus*, artifex meus anatomiae studiosissimus, in elucubrando hoc fasciculo egit. Is ut organorum sensuum perspicuam imaginem sibi effingeret eandemque aliis redderet, nec tempori nec operae parcendum esse existimavit. Genuino anatomiae studio agitatus semper in eo desudabat, ut in praeparatis, quae sibi a me praeponebantur, veram partium naturam perscrutaretur easque quam accuratissime delinearet. Imo, ut equidem existimo, eidem contigit, ut, ne in errores abduceretur, viam per labyrinthum auris carperet eumque lineamentis praestantissimis oculis subiiceret. Ut vero recte vereque conciperet, quae esset nonnullarum partium auris forma atque dispositio, id quod illis tantum contingere constat, qui ipsi praeparationes instituunt, aliquoties ipse scalprum in manus sumpsit, qua ratione sola perfectissimam imaginem dissectae cochleae (tab. VII fig. 8) effingere potuit. Eorum tantum, qui omnia sibi potius quam aliis attribuere volunt, esse solet bonorum ac peritorum artificum opera minoris aestimare. Tales viros quasi dextrae loco habere ac colere debemus. Quodsi iis, quam pro tempore contrito dedimus, mercedula iam satisfactum esse putaremus, profecto sordide faceremus. Namque ars eorum aequae ac contentio virium corporis, imprimis oculorum, non auro remuneranda est. Itaque magnam inde percipio voluptatem quod mihi licet in conspectu omnium artificis mei praestantiam celebrare eique gratiam, quam debeo maximam, candide referre.

Quod hic fasciculus aliquot mensibus serius, ac promiseram, in lucem prodierit, facile excusabunt ii, qui quantae difficultates in eo superandae essent, mites perpenderit. Pergam sine ulla mora caeteros fasciculos excudere.

Scripsi Turici Nonis Maiis M. DCCC. XXXIX.

FRID. ARNOLD.



# CONSPECTUS

## PARTIUM ORGANORUM SENSUUM.

### ORGANON VISUS.

#### I. PARTES OCULI EXTERNAE s. TUTAMINA OCULI.

Vid. Tab. I.

##### A. Integumenta s. velamenta oculi.

- a. Orbita s. cavitas orbitalis. Vid. fasc. IV. de ossibus.
- b. Periorbita. T. IV. fig. 3. 18-22.
- c. Supercilium. T. I. fig. 1-3. a.  
Musculus corrugator superciliarum, fig. 4. h.
- d. Palpebrae, fig. 1-3. b. c.

##### FORMA.

- 1. Fissura palpebrarum, fig. 3. g.
- 2. Commissura palpebrarum interna, figg. 2 et 3. h.
- 3. Commissura palpebrarum externa, figg. 2 et 3. e.
- 4. Canthus s. angulus oculi internus s. maior s. globatus, fig. 2. i.
- 5. Canthus s. angulus oculi externus s. minor s. acutus, fig. 2. d.
- 6. Facies externa s. convexa, fig. 3.
- 7. Facies interna s. concava, fig. 9.
- 8. Margo liber, fig. 2. g.  
Eius limbus anterior et posterior.
- 9. Palpebra superior s. maior, fig. 1-3. b.
- 10. Palpebra inferior s. minor, fig. 1-3. c.

##### STRUCTURA.

- 1. Cutis, fig. 5.
- 2. Musculus orbicularis palpebrarum, fig. 4.
  - a. Ligamentum palpebrale internum s. tendo musculi orbicularis, fig. 4. a.
  - β. Stratum ciliare m. orbic., fig. 4. b.
  - γ. Stratum orbitale m. orbic., fig. 4. c.
- 3. Tarsi, fig. 18.
  - a. Tarsus superior s. maior, fig. 18. d. e. f.
  - β. Tarsus inferior s. minor, fig. 18. k. l. m.
- 4. Glandulae sebaceae s. Meibomianae, fig. 9-12.
- 5. Tunica conjunctiva, figg. 9. 13. 19. T. IV. figg. 10. et 12.
  - a. Conjunctiva palpebrarum, T. I. fig. 9. a. fig. 13. b.
  - β. Conjunctiva bulbi, fig. 19. b.
    - a. Conjunctiva scleroticae.
    - b. Conjunctiva corneae.
- Plica semilunaris s. Palpebra tertia, fig. 18. n.
- Caruncula lacrimalis, fig. 18. o.
- Corpus papillare conjunctivae, fig. 13. d. fig. 14. a. b. fig. 15. c. d.
- 6. Cilia, fig. 13. f.
- 7. Musculus levator palpebrae superioris. T. IV. fig. 1. 1-5.

8. Musculus tensor tarsi s. sacci lacrimalis s. Rosenmülleri s. Horneri. T. IV. fig. 3. 2.

9. Arteriae palpebrarum. T. I. fig. 8.

a. Arteria palpebralis ex art. ophthalmica, fig. 8. 9.

α. Art. palpebralis superior, fig. 8. 10.

β. Art. palpebralis inferior, fig. 8. 11.

b. Rami palpebrales e lacrimali, fig. 8. 13.

c. Rami palpebrales e transversa faciei.

d. Rami palpebrales e temporali superf., fig. 8. 12.

Arcus tarseus superior, fig. 8. 14.

Arcus tarseus inferior, fig. 8. 15.

10. Venae palpebrarum, fig. 6.

Plexus venosus palpebrae superioris, fig. 6. q. r.

Plexus venosus palpebrae inferioris, fig. 6. q. r.

a. Venae palpebrales internae superiores, fig. 6. e. e.

b. Venae palpebrales internae inferiores, fig. 6. i. i.

c. Venae palpebrales externae superiores, fig. 6. n. n.

d. Venae palpebrales externae inferiores, fig. 6. n. n.

11. Vasa lymphatica conjunctivae. T. II. fig. 7.

12. Nervi palpebrarum. T. I. fig. 7.

a. e ramo primo s. ophthalmico quinti paris, 1-8.

α. e nervo supraorbitali, 1-4.

β. e nervo supratrochleari, 5 et 6.

γ. e nervo infratrochleari, 7 et 8.

δ. e nervo lacrimali.

b. e ramo secundo quinti paris s. maxillari superiori, 9-16.

α. e nervo subcutaneo malae, 14-16.

β. e nervo infraorbitali, 13.

c. e nervo faciali, rami zygomatici et temporales pro musculo orbiculari palpebrarum et musculo corrugatore superciliarum, 18 et 19.

d. e nervo oculomotorio, ramulus pro musculo levatore palpebrae superioris. T. IV. fig. 9. 4.

##### B. Organa lacriminalia.

1. Glandulae lacrimales. T. I. fig. 19-21.

a. Gl. lacrimalis superior s. innominata Galeni, fig. 19. c. fig. 20. d. fig. 21. a. b.

β. Gl. lacrimalis inferior s. glandulae congregatae Monroi, fig. 19. d. fig. 20. e. fig. 21. d. d.



2. Lacus lacrimalis.  
 3. Papillae lacrimales. T. I. fig. 13. f. g. fig. 18. p. q.  
 Puncta lacrimalia. T. I. fig. 13. h. fig. 18. r.  
 4. Canaliculi lacrimales s. cornua limacum. T. I. fig. 22. g. i. fig. 23. a. b.  
 5. Saccus lacrimalis. T. I. fig. 22. m. fig. 23. e. f.  
 Ductus lacrimalis. T. I. fig. 23. o. fig. 23. g.  
 6. Arteria lacrimalis ex arteria ophthalmica. T. IV. fig. 5. 13.  
 7. Venae lacrimales, rami venae ophthalmicae cerebri. T. IV. fig. 7. 11.  
 8. Nervus lacrimalis e ramo primo quinti paris. T. IV. fig. 8. 19.

## II. BULBUS OCULI.

Conf. Tab. II., III., IV.

### A. Tunicae oculi externae.

- a. Membrana sclerotica s. albuginea s. cornea opaca. T. II. fig. 1-10.  
 Facies externa, fig. 3 et 5. b.  
 Facies interna, lamina fusca vestita, fig. 2. b.  
 Foramen scleroticae s. lamina cribrosa, fig. 4. b.  
 Sulcus scleroticae pro sinu circulari iridis, fig. 2. c. fig. 10. f.  
 Arteriae scleroticae ex arteriis ciliaribus, fig. 8. g. h. fig. 9. c.  
 Venae scleroticae, fig. 10. g.  
 b. Membrana cornea s. cornea pellucida. T. II. fig. 1-10.  
 Facies anterior, convexa, conjunctiva tecta, fig. 1. b. fig. 3. d. fig. 6.  
 Facies posterior, concava, membrana humoris aquei obducta.  
 T. II. fig. 2. d.  
 Canales lymphatici corneae, fig. 10. h.

### B. Tunicae oculi serosae.

- c. Membrana arachnoidea. T. II. fig. 2 et 4.  
 1. Lamina externa s. fusca scleroticae, fig. 2. e. fig. 4. g.  
 2. Lamina interna s. suprachorioidea, fig. 2. f. fig. 4. h.  
 Humor m. arachnoideae.  
 d. Membrana humoris aquei s. tunica Demoursiana s. Descemetiana.  
 T. II. fig. 2 et 4.  
 1. Lamina anterior, corneam obducens, fig. 2. g. fig. 4. i.  
 2. Lamina posterior, iridem vestiens, fig. 2. h. fig. 4. k.  
 Humor aqueus.

### C. Tunicae oculi vasculosae.

- e. Membrana chorioidea. T. II. fig. 11-17.  
 1. Chorioidea stricte sic dicta.  
 Facies externa, membrana arachnoidea vestita, fig. 11. c. fig. 13. a.  
 Facies interna, pigmento nigro tecta, fig. 12. d.  
 Arteriae ciliares posteriores breves, fig. 16. f. g.  
 Venae ciliares posteriores, fig. 17. h.  
 Vasa vorticosa, fig. 17. f. g.  
 Vasa lymphatica (a me aliquoties in facie chorioideae externa aëre inflato visa).  
 2. Ligamentum ciliare s. orbiculus ciliaris s. ligamentum sclerotico-chorioideale, fig. 11. d. fig. 13. b.  
 Plexus vasorum, e surculis arteriarum ciliarium posteriorum longarum et anteriorum conflatus, fig. 18. i. fig. 20. k-n.  
 Plexus nervorum ciliarium, fig. 22. i.  
 3. Corpus ciliare s. corona ciliaris, fig. 12. e-g. fig. 14. d. e. fig. 15. d.  
 a. Pars non fimbriata, fig. 2. e. fig. 14. d.  
 Ora serrata, fig. 12. f. fig. 14. c.  
 b. Pars fimbriata, fig. 12. g. fig. 14. e.  
 Processus ciliares s. plicae ciliares, fig. 14. e. fig. 15. d.  
 Vasa corporis ciliaris, fig. 21. h-k.  
 f. Iris, T. II. figg. 13 et 14., 18-23.  
 Pupilla, fig. 13. e. fig. 14. g.  
 Margo pupillaris.

### Margo ciliaris.

- Facies anterior, membrana humoris aquei vestita, fig. 2. q. fig. 13. d.  
 Facies posterior, s. tunica uvea, pigmento nigro tecta, fig. 2. r. fig. 14. f.  
 Plicae iridis, fig. 14. f.  
 Annulus maior iridis.  
 Annulus minor iridis.  
 Membrana pupillaris s. Wachendorffiana, in foetu obvia, fig. 19.  
 Arteriae ciliares posteriores longae, fig. 16. h.  
 interna, fig. 18. f. externa, fig. 18. g.  
 Arteriae ciliares anteriores, fig. 18. h.  
 Arteriae ciliares posteriores breves ex chorioidea, fig. 16.  
 Circulus arteriosus iridis maior, fig. 18. k.  
 Circulus arteriosus iridis minor, fig. 19. l.  
 Venae iridis, fig. 10. e.  
 Circulus venosus iridis s. sinus circularis s. Hovii s. canalis Fontanae, fig. 10. f.  
 Venae ciliares anteriores, fig. 10. g.  
 Venae ciliares posteriores longae, fig. 17. l.  
 Nervuli iridis e plexu nervorum ciliarium, fig. 22. k. m.  
 Reticula s. maculae iridis (*Maschen*), fig. 23. d. e.  
 Pigmentum nigrum. T. II. fig. 24.  
 a. Stratum nigrum, fig. 24. a.  
 b. Stratum nigricans s. membrana sic dicta pigmenti, fig. 24. b.  
 c. Stratum cinereum s. tunica Iacobiana, fig. 24. e.

### D. Tunica nervea oculi.

- g. Membrana retina s. nervea. T. III. fig. 1-7.  
 Facies retinae externa, strato pigmenti cinereo tecta, fig. 1. b. fig. 2. b.  
 Facies interna retinae, fig. 4. d.  
 Lamina nervea s. externa retinae.  
 Lamina celluloso-vasculosa s. interna retinae, fig. 7.  
 1. Retina stricte sic dicta, fig. 2. b. fig. 3. a.  
 Papilla nervi optici, fig. 4. a.  
 Plica transversa retinae, fig. 4. b.  
 Foramen centrale retinae, fig. 4. c.  
 Macula lutea s. limbus luteus foraminis centr., fig. 1. e. fig. 4. c.  
 2. Pars ciliaris retinae, fig. 2. c. fig. 3. b. c. d.  
 Ora serrata s. margo undulato-dentatus, fig. 2. d. fig. 3. b.  
 Margo flocculosus, fig. 2. e. fig. 3. d.  
 Arteria centralis retinae, fig. 5.  
 Vena centralis retinae, fig. 6.  
 Nervulus centralis retinae (secundum Tiedemann et Langenbeck.)

### E. Corpus vitreum et lens crystallina.

- h. Corpus vitreum s. hyaloideum. T. III. fig. 8-13.  
 1. Tunica vitrea s. hyaloidea stricte sic dicta, fig. 8-11.  
 a. Tunica capsularis, fig. 11.  
 b. Tunica cellularis, fig. 11. a.  
 Canalis hyaloideus pro arteria capsulari, fig. 22. f.  
 Fossa transversa corporis vitrei, fig. 8. b.



2. Pars ciliaris membranae hyaloideae s. lamina ciliaris s. zonula Zinnii, figg. 9 et 10.
- a.* Pars non fimbriata, fig. 10. b.  
Ora serrata, fig. 10. c.
- β.* Pars fimbriata, fig. 10. d.  
Plicae ciliares, fig. 10. d.  
Canalis Petiti, fig. 11. b.  
Arteriae corporis vitrei, fig. 13. c-f.  
Rete vasorum laminae ciliaris, fig. 13. g. fig. 12. c.  
Circulus Mascagni, fig. 13. h. fig. 12. d.  
Humor vitreus s. hyaloideus.
- i.* Lens crystallina s. corpus crystallinum. T. III. fig. 14-25.  
Capsula lentis crystallinae, fig. 11. e.  
Humor lentis s. liquor Morgagni.  
Vasa capsulae lentis, figg. 12. 21. 22.  
Vasa parietis posterioris ex arteria capsulari, figg. 21 et 22.  
Vasa parietis anterioris e vasis capsularibus posterioribus et circulo Mascagni, fig. 12.  
Corpus crystallinum s. lens, fig. 14-16.  
Facies anterior, fig. 14-16. a.  
Facies posterior, fig. 14-16. b.  
Substantia externa s. mollis, fig. 24. a.  
Substantia interna s. nucleus lentis, fig. 24. b.  
Laminae lentis capsulares, fig. 24. a. fig. 25. a.  
Fibrae laminarum, fig. 25. b.  
Arcus fibrarum, fig. 17-20.
- k.* Camerae oculi. T. II. fig. 4. T. IV. figg. 10 et 12.  
*a.* Camera anterior.  
*b.* Camera posterior.
- l.* Musculi bulbi oculi. Tab. IV. fig. 1-3.
1. Musculi recti.  
*a.* M. rectus oculi superior s. attollens oculi, fig. 1. 6-7. fig. 2. 3-4.  
*β.* M. rectus oculi inferior s. depressens oculi, fig. 1. 11 et 12.  
*γ.* M. rectus oculi internus s. adducens oculi, fig. 2. 14.  
*δ.* M. rectus oculi externus s. abducens oculi, fig. 1. 8-10.
2. Musculi obliqui.  
*e.* M. obliquus superior s. trochlearis s. patheticus, fig. 2. 5-10. fig. 3. 4-9.  
Trochlea m. obliqui superioris, fig. 2. 8. fig. 3. 6.  
Ligamentum trochleae, fig. 2. 9. fig. 3. 7.  
Vagina synovialis tendinis m. obliqui superioris, fig. 3. 9.  
*z.* M. obliquus inferior, fig. 1. 14-16. fig. 3. 3.
- m.* Arteriae bulbi oculi, ex arteria ophthalmica.
1. Arteria centralis retinae, fig. 5. 7.  
2. Arteriae ciliares, figg. 4 et 5.  
*a.* Art. ciliares posteriores breves.  
*β.* Art. ciliares posteriores longae.  
*γ.* Arteriae ciliares anteriores.
3. Arteriae musculares, figg. 4 et 5.  
*a.* Art. muscularis superior.  
*β.* Art. muscularis inferior.
- n.* Venae bulbi oculi, figg. 6 et 7.
1. Vena centralis retinae.  
2. Venae ciliares, fig. 6.  
*a.* Venae ciliares anteriores.  
*β.* Venae ciliares mediae s. vorticosae.  
*γ.* Venae ciliares posteriores.
3. Venae musculares.  
Vena ophthalmica cerebralis, figg. 6 et 7.  
Vena ophthalmica facialis, fig. 6.
- o.* Nervi bulbi oculi.
1. Nervus opticus s. par nervorum cerebri primum, fig. 10-12.  
2. Nervuli ciliares e nasociliari primi rami quinti paris, fig. 9. 19.  
3. Nervuli ciliares e ganglio ophthalmico, fig. 9. 24-26.  
4. Nervi musculorum bulbi.  
*a.* Nervus oculomotorius, fig. 9. 2-7.  
*β.* Nervus trochlearis s. patheticus, fig. 8. 8-10.  
*γ.* Nervus abducens, fig. 9.

## ORGANON AUDITUS.

### I. AURIS EXTERNA.

Conf. Tab. V.

#### A. Auricula.

##### FORMA.

1. Helix, fig. 1. a-c.
2. Anthelix, fig. 1. d-g.
3. Tragus, fig. 1. h.
4. Antitragus, fig. 1. i.
5. Lobulus auriculae, fig. 1. q.
6. Scapha s. Fossa scaphoidea, fig. 1. l.
7. Fossa triangularis s. innominata s. ovalis, fig. 1. m.
8. Concha auris, fig. 1. n.
9. Incisura auris, fig. 1. p.
10. Incisura intertragica, fig. 1. k.

##### STRUCTURA.

1. Cutis.  
Glandulae sebaceae auriculae, fig. 2. r. et s., fig. 18. c.
2. Cartilago auriculae, fig. 3-6.  
Spina helicis, fig. 3. c.  
Processus cartilagineus acutus, fig. 3. i.
3. Ligamentum auriculare s. Valsalvae.

4. Musculi, figg. 7 et 8.  
*a.* M. attollens auriculae, fig. 7. m-o., fig. 8. q.  
*b.* M. attrahens auriculae, fig. 7. p. et q., fig. 8. p.  
*c.* M. retrahentes auriculae, fig. 7. r. s., fig. 8. r.  
*d.* M. helcis maior, fig. 8. s.  
*e.* M. helcis minor, fig. 8. t.  
*f.* M. tragicus, fig. 8. u.  
*g.* M. antitragicus, fig. 8. v.  
*h.* M. transversus auriculae, fig. 7. t.  
*i.* M. obliquus auriculae, fig. 7. u.
5. Arteriae auriculae, figg. 9, 10 et 14.  
*a.* Arteria auricularis posterior, fig. 10. t-w.  
*b.* Arteria auricularis profunda, fig. 9. n., fig. 14. 5.  
*c.* Arteriae auriculares anteriores, fig. 9. o-q.  
*d.* Arteria auricularis superior.
6. Venae auriculae, fig. 11.  
*a.* Venae auriculares posteriores, fig. 11. u.  
*b.* Vena auricularis profunda, fig. 11. q.  
*c.* Venae auriculares anteriores, fig. 11. r.  
*d.* Venae auriculares superiores, fig. 11. t.



7. Nervi auriculæ, fig. 12.  
 a. Nervus auricularis magnus e ramo anteriori nervi cervicalis tertii, fig. 12. 12-20.  
 b. Nervus auricularis posterior e nervo faciali, fig. 12. 8.  
 c. Rami auriculares nervi temporalis superficialis e ramo tertio quinti paris nerv. cerebri, fig. 12. 5.  
 d. Ramus auricularis nervi vagi, fig. 12. 7.

**B. Meatus auditorius externus.**

FORMA.

1. Parietes, fig. 13.  
 2. Curvaturæ, fig. 13.  
 a. Curvatura prima.  
 b. Curvatura secunda.  
 3. Sulcus membranae tympani, fig. 19-20.

STRUCTURA.

1. Pars ossea meatus aud. ext., fig. 13. p.  
 2. Pars cartilaginea, fig. 4. g-i. fig. 13. m-o.  
 3. Periosteum et perichondrium, fig. 21.  
 4. Cutis, fig. 13. t.  
 Glandulae ceruminosae, fig. 13. u. figg. 15 et 16. a. b. fig. 17. a-d.  
 Vibrissae, fig. 17. e.  
 5. Arteriae, ex auriculari profunda et maxillari interna, fig. 14. 6.  
 6. Venae, ad venam auricularem profundam.

7. Nervi, e ramo meatus auditorii externi nervi temporalis superficialis seu auricularis anterioris tert. ram. q. p. fig. 14. 20-24.

**C. Membrana tympani.**

FORMA.

1. Facies externa s. concava, fig. 19.  
 2. Facies interna s. convexa, fig. 20.  
 3. Margo externus s. annulus membranae tympani, fig. 19. f. fig. 20. g. h.  
 4. Umbo tympani membranae, fig. 19. g. fig. 20. i.

STRUCTURA.

1. Laminae membranae tympani, fig. 22.  
 a. Lamina externa s. cuticula membranae tympani, fig. 22. h.  
 b. Lamina media s. propria s. fibrosa, fig. 22. i.  
 c. Lamina interna s. mucosa tympani, fig. 22. k.  
 2. Arteriae membranae tympani, fig. 23.  
 a. ex arteria stylomastoidea, fig. 23. c.  
 b. ex art. tympanica, fig. 23. d.  
 c. ex art. auriculari profunda, fig. 23. e.  
 Circulus arteriarum externus s. major, fig. 23. f.  
 Circulus arteriarum internus s. minor, fig. 23. g.  
 3. Venae membranae tympani, fig. 24.  
 Sinus circularis venarum tympani, fig. 24. e.  
 4. Nervi membranae tympani e ramo meatus auditorii externi nervi temporalis superficialis, fig. 14. 22.

**II. AURIS MEDIA.**

Conf. Tab. VI.

**A. Cavitas tympani s. tympanum.**

1. Cavitas tympani ossea, fig. 1-3.  
 Paries superior seu lacunar tympani, fig. 2.  
 Paries inferior seu fundus tympani, fig. 2.  
 Paries internus, fig. 2. n.  
 a. Promontorium, fig. 2. o. fig. 3. o.  
 b. Sinus tympani, figg. 2. 3.  
 c. Fenestra ovalis, fig. 2. p. fig. 3. p.  
 d. Fenestra rotunda, fig. 2. q. fig. 3. q.  
 e. Sulcus et canalis tympanicus, fig. 2. r. fig. 3. r.  
 Paries posterior, figg. 2 et 3.  
 a. Apertura canalis pro chorda tympani, fig. 2. r.  
 b. Eminentia papillaris s. pyramidalis, fig. 2. s.  
 cum cavitate pro musculo stapedio, fig. 3. l.  
 c. Orificium cellularum mamillarum, fig. 2. t.  
 Fossa cochleariformis seu canalis pro musculo tensore tympani, fig. 1. r. fig. 2. x et y.  
 2. Ossicula auditus, fig. 4-13. Conf. figg. 14. 15. 16. 17. de situ ossiculorum.  
 a. Malleus, fig. 4-6.  
 a. Caputulum, figg. 4 et 5. a.  
 Facies articularis, figg. 4 et 5. b.  
 b. Collum, figg. 4 et 5. c.  
 c. Manubrium, figg. 4 et 5. f.  
 d. Processus brevis, figg. 4 et 5. e.  
 e. Processus longus s. spinosus s. Folii s. Rautii, figg. 4 et 5. d.  
 b. Incus, fig. 7-9.  
 a. Corpus, figg. 7 et 8. a.  
 Facies articularis, figg. 7 et 8. b.  
 b. Crus breve s. processus brevis, figg. 7 et 8. c.  
 Facies articularis, figg. 7 et 8. d.

- g. Crus longum s. processus longus, figg. 7 et 8. e.  
 d. Ossiculum lenticulare s. orbiculare s. Sylvii, fig. 7. f. fig. 9. f. g.  
 c. Stapes, fig. 10-12.  
 a. Basis, fig. 10. f. fig. 12.  
 b. Crus anterior s. rectilineum, fig. 10. c.  
 c. Crus posterior s. curvilineum, fig. 10. a.  
 d. Caputulum stapedis, fig. 10. a.  
 Facies articularis, fig. 11. b.  
 3. Ligamenta ossiculorum, figg. 14 et 17.  
 a. Ligamentum capsulare mallei et incudis, fig. 14. inter a et b.  
 b. Ligamentum capsulare incudis et stapedis, fig. 13. inter k et l.  
 c. Ligamentum mallei anterior.  
 d. Ligamentum mallei superius seu capituli mallei, fig. 14. d.  
 e. Ligamentum incudis superius, fig. 14. e.  
 f. Ligamentum incudis posterius, fig. 14. c.  
 4. Musculi ossiculorum, figg. 15 et 20.  
 a. Musculus tensor tympani seu mallei internus, fig. 15. b. g. fig. 20. k. l.  
 b. Musculus stapedijs, fig. 15. d. fig. 20. m. n.  
 5. Membrana mucosa tympani, figg. 14. 16. 17.

**B. Cellulae mastoideae s. mamillares.**

1. Cellulae osseae, fig. 2. u.  
 2. Membrana mucosa cellularum, fig. 14. u.

**C. Tuba Eustachiana seu otosalphinx.**

1. Pars ossea, fig. 1. q. fig. 2. v. fig. 14. v.  
 2. Pars cartilaginea, fig. 14. w. fig. 16. x. fig. 17. w.  
 3. Membrana mucosa tubae Eustachianae, fig. 14. z.  
 4. Ostium tympanicum, fig. 14. x. fig. 16. l.  
 5. Ostium pharyngeum, fig. 14. y. fig. 16. u.



Arteriae auris mediae, fig. 18.

1. ex arteria stylomastoidea, ramo arteriae auricularis posterioris, fig. 18. 1.
  - a. Rami mastoidei, fig. 18. 2.
  - b. Rami tympanici, fig. 18. 3.
2. ex arteria tympanica, ramo arteriae maxillaris internae, fig. 18. 9 et 10.
3. ex arteria pharyngobasilaris, ramo arteriae pharyngeae ascendentes, fig. 18. 11-15.

Venae auris mediae, arteriis similes.

Vasa lymphatica. (?)

Nervi auris mediae, fig. 19-21.

1. Chorda tympani, ramus nervi facialis, fig. 19. 20-23. fig. 21. 2-4.
2. Nervus tympanicus, e ganglio nervi glossopharyngei originem suam ducens, fig. 20. 9-16.
3. Surculus tympanicus nervi carotici interni, cum nervo tympanico se coniungens, fig. 20. 13.
4. Nervi musculorum ossiculorum tympani.
  - a. Nervi muscoli tensoris tympani, fig. 21.
    - α. Nervulus e ganglio otico, fig. 21. 22.
    - β. Nervulus e nervo pterygoideo, ganglion oticum perforans, fig. 21. 18.
  - b. Nervulus muscoli stapedis e trunco nervi facialis. (?)

### III. AURIS INTERNA SEU LABYRINTHUS.

Conf. Tab. VII.

#### A. Pars ossea seu labyrinthus osseus.

- a. Vestibulum, figg. 4 et 6.
  1. Recessus hemisphaericus seu fovea semirotonda, fig. 4. s.
  2. Recessus hemiellipticus seu fovea semiovalis, fig. 4. t.
  3. Fovea sulciformis, fig. 4. u.
 

Apertura interna aquaeductus vestibuli, fig. 4. v.
  4. Aditus cochleae s. apertura scalae vestibuli cochleae, fig. 4.
  5. Aditus s. aperturae canalium semicircularium, figg. 4 et 5.
  6. Maculae cribrosae.
- b. Canales semicirculares, fig. 3-6.
  1. Canalis semicircularis superior, fig. 3. e. fig. 5. t.
 

Crus externum seu anterius, fig. 3. g.

Ampulla, fig. 3. h. fig. 4. h.

Crus internum s. posterius, se iungens cum crure superiore canalis semicircularis posterioris, figg. 3 et 4 f.
  2. Canalis semicircularis posterior s. inferior, figg. 3 et 4 i. fig. 5. u.
 

Crus superius, figg. 3 et 4 k.

Crus inferius, figg. 3 et 4 l.

Ampulla, figg. 3 et 4 m.
  3. Canalis semicircularis externus, figg. 3 et 4 n. fig. 5. v.
 

Crus externum s. anterius, figg. 3 et 4 p.

Ampulla, figg. 3 et 4 q.

Crus internum s. posterius, figg. 3 et 4. o.
- c. Cochlea, figg. 3-8.
 

Basis, fig. 7. a.

Corpus, fig. 7. b.

Cupula s. apex, fig. 7. c.

Canalis spiralis cochleae, fig. 3. t-x.

Principium canalis cochleae, fig. 3. t.

Promontorium, fig. 3. t.

Fenestra rotunda, fig. 3. r.

Gyrus primus, fig. 3. u.

Gyrus secundus, fig. 3. v.

Gyrus semitertius, fig. 3. w.

Finis coecus s. cupula cochleae, fig. 3. x.

Paries canalis cochleae periphericus s. externus, figg. 7 et 8. g.

Parietes intermedii gyrorum cochleae, figg. 7 et 8. i.

Ultima pars parietis inter gyrum secundum et semitertium, a recentioribus anatomicis lamina modioli nominata, figg. 7 et 8. k.

Paries canalis cochleae centralis s. internus, figg. 7 et 8. h.

Modiolus, figg. 7 et 8. l-n.

Basis, figg. 7 et 8. l.

Corpus, figg. 7 et 8. m.

Apex, cum ultima parietis cochleae intermedii parte con-

- fluens et faciei cupulae internae se adligens, figg. 7 et 8. n. o. p.
- Foramina modioli, fig. 7. q.
- Substantia spongiosa modioli, fig. 8. x-z.
- Tubulus centralis modioli, fig. 8. s-w.
- Tractus spiralis foraminum cochleae, fig. 5. g-k.
- Lamina spiralis, fig. 4. γ-ξ. fig. 7. r-t.
- Scala tympani, fig. 7. u.
- Scala vestibuli, fig. 7. v.
- Rostrum seu hamulus laminae spiralis, fig. 4. ζ. fig. 7. t.
- d. Aquaeductus seu canales vasorum emissariorum labyrinthi.
  1. Aquaeductus vestibuli, fig. 5. r. s.
  2. Aquaeductus cochleae, fig. 5. p. q.

#### B. Pars membranacea seu labyrinthus membranaceus.

- a. Periosteum labyrinthi et aquaeductuum, fig. 10.
 

Aquila Coturni seu perilympha (Breschet).
  - b. Lamina spiralis membranacea s. cartilaginea s. zona Valsalvae, figg. 9 et 10. n.
 

Helicotrema (Breschet) s. apertura, qua scala tympani cum scala vestibuli in fine canalis cochleae coeco coniungitur, fig. 9. q.
  - c. Sacculi membranacei.
    1. Sacculus rotundus s. sphaericus, fig. 9. r.
    2. Sacculus oblongus s. ellipticus s. sinus communis, fig. 9. u.
  - d. Canales s. tubuli membranacei, fig. 9. y-z. α-γ.
 

Ampullae membranaceae, fig. 9. y. γ. η.

Septulum cavitatis ampullarum, fig. 15. b.

Aquila vitrea auditiva.

Lapilli auris internae s. otolithi s. otoconia, fig. 9. s. v. fig. 16.
- Arteriae auris internae.
- Arteria auditiva interna, fig. 10. 16.
- Arteriae cochleae, fig. 10. 18. 19. fig. 11. 1-9.
- Arteriae vestibuli, fig. 10. 17.
- Rami arteriae stylomastoideae, qui per fenestras labyrinthum adeunt, Tab. VI., fig. 18.
- Venae auris internae.
- Vena circularis cochleae.
- Vasa emissaria aquaeductuum.
- Vasa lymphatica. (?)
- Nervi auris internae, figg. 9. 10. 12.
- Nervus acusticus s. auditorius, fig. 10. 1.
- a. Nervus cochleae, fig. 10. 2. fig. 12. 1-5.
  - b. Nervus vestibuli, fig. 10. 3.
    1. Ramus superior, fig. 10. 4. fig. 9. w.
    2. Ramus medius, fig. 10. 5. fig. 9. t.
    3. Ramus inferior, fig. 10. 6. fig. 9. d.



## ORGANON OLFACTUS.

### I. NASUS EXTERNUS.

Conf. Tab. VIII.

#### FORMA.

1. Basis narium, figg. 1 et 2. d.
2. Dorsum, figg. 1 et 2. b.
3. Radix, figg. 1 et 2. a.
4. Apex, figg. 1 et 2. c.
5. Alae s. pinnae, figg. 1 et 2. f.
6. Nares, figg. 1 et 2. e.
7. Septum mobile narium.

#### STRUCTURA.

1. Cutis.
  - Glandulae sebaceae, fig. 1. g. h.
  - Vibrissae, fig. 14. s.
2. Pars ossea, fig. 3. b-f. fig. 4. c-h.
3. Pars cartilaginea, figg. 3. 4. 5.
  - a. Cartilagine laterales superiores narium, fig. 3. h. fig. 4. k.
  - b. Cartilagine laterales inferiores s. pinnales s. alares narium, fig. 3, i-l. fig. 4, l-n. fig. 5. d-f.
  - c. Cartilagine minores s. posteriores s. sesamoideae narium, fig. 3. m. fig. 4. o. fig. 5. g.
  - d. Cartilago septi narium, fig. 5. c. fig. 11. n. fig. 3. g. fig. 4. i.
4. Musculi.
  - a. Musculus levator labii superioris alaeque nasi, fig. 6. g-i.
  - b. Musculus procerus s. superbus s. pyramidalis, fig. 6. n. fig. 7. m.
  - c. Musculus compressor nasi maior s. triangularis, fig. 6. l. m. fig. 7. h-k.
  - d. Musculus compressor nasi minor, fig. 6 et 7. o.
  - e. Musculus levator alae nasi proprius, fig. 6 et 7. p.
  - f. Musculus depressor s. dilatator alae narium, fig. 6. q. fig. 7. n.

- g. Musculus depressor septi mobilis s. nasalis labii superioris, figg. 6 et 7. n.
5. Arteriae, fig. 8.
    - a. ex arteria faciali s. maxillari externa, fig. 8. h.
    - a. arteria septi mobilis ex arteria coronaria labii sup., fig. 8. k.
    - b. arteriae pinnales narium, fig. 8. m. n.
    - c. arteriae dorsales narium, fig. 8. q.
      - β. ex arteria ophthalmica:
    - d. arteria nasalis, quae cum arteria nasali e maxillari externa anastomosin inquit saepeque omnes arterias dorsales narium, nonnunquam etiam arterias pinnales spargit, fig. 8. w. T. I. fig. 8.
      - γ. ex arteria maxillari interna:
  - e. rami pinnales arteriae infraorbitalis, fig. 8. t.
  6. Venae, fig. 9.
    - a. ad principium venae facialis anterioris tendentes:
    - a. venae dorsales narium, fig. 9. n.
    - β. ad truncum venae facialis anterioris spectantes:
    - b. venae laterales s. pinnales narium, fig. 9. q.
    - γ. ad venas labiales superiores pertinentes:
    - c. venae septi mobilis narium, fig. 9. t.
  7. Nervi.
    - a. e nervo nasali primi rami quinti paris:
    - a. rami nasales nervi infratrochlearis, fig. 10. r.
    - b. ramus externus nervi ethmoidalis, fig. 10. s.
    - β. e nervo infraorbitali secundi rami quinti paris:
    - c. nervi laterales narium, fig. 10. v. w.
    - d. nervi septi mobilis, fig. 10. w.
    - γ. e nervo faciali:
    - e. nonnulli rami buccales, fig. 10. y. z.

### II. NASUS INTERNUS.

Conf. Tab. VIII. et IX.

#### FORMA.

1. Aperturae nasi anteriores s. nares Tab. VIII. figg. 1 et 2. e.
2. Aperturae posteriores s. choanae, fig. 13. o.
3. Septum narium, figg. 11 et 13.
4. Parietes laterales, figg. 12 et 14.
  - a. Concha inferior, fig. 12. s.
  - b. Concha media, fig. 12. r.
  - c. Concha superior s. Morgagniana, fig. 12. q.
  - d. Concha suprema s. Santoriniana (nonnunquam exstans), fig. 14.
  - e. Meatus narium inferior, fig. 12. t.
  - f. Meatus narium medius, fig. 12. u.
  - g. Meatus narium superior, fig. 12. v.
5. Paries superior seu lacunar narium, figg. 12 et 14.
6. Paries inferior s. fundus narium, figg. 12 et 14.
7. Sinus nasi, Tab. IX.
  - a. Sinus maxillares s. antra Highmori, fig. 9. s-v.
  - b. Sinus frontales, fig. 8. r. s.
  - c. Sinus sphenoidales, fig. 10. p. t.
  - d. Cellulae ethmoidales, Tab. IV. fig. 10. c. d. c. Tab. IX. fig. 9. r.

#### STRUCTURA.

1. Pars ossea, Tab. VIII. figg. 11 et 12.
2. Membrana mucosa s. pituitaria narium s. Schneideriana.
  - a. Membrana mucosa cavitatis narium. Tab. VIII. figg. 13 et 14. Tab. IX. figg. 8-10.
    - Cryptae et folliculi mucosi, Tab. VIII. fig. 15. a.
    - Papillae membranae mucosae, fig. 15. b.
    - Villi membranae mucosae, fig. 14. q.
    - Plicae membranae mucosae, fig. 14. r.
  - b. Membrana mucosa sinuum nasi, Tab. IX. fig. 8-10.
3. Arteriae, Tab. IX. figg. 1 et 2.
  - a. ex arteria maxillari interna:
  - a. arteria nasopalatina, fig. 1. 3.
  - arteria septi narium, fig. 2. 3.
  - arteriae laterales narium superiores, fig. 1. 6. et inferiores, fig. 1. 7.
  - b. Rami nasales arteriarum palatarum, qui per canalem incisivum ad fundum narium spectant, fig. 1. 10. fig. 2. 4.
  - β. ex arteria ophthalmica:
  - c. arteria ethmoidalis.



- ramus septi narium, fig. 2. 1 et 2.  
 rami laterales narium, fig. 1. 1 et 2.
4. Venae, Tab. IX., figg. 4 et 5.
- α.* ad venas dorsales narium tendentes:
- a. venae nasales internae superiores anteriores septi narium, fig. 5. 3.  
 laterales narium, fig. 4. 3.
- β.* ad venas pinnales narium, labiales superiores et palatinas spectantes:
- b. venae nasales inferiores anteriores septi narium, fig. 5. 4. 5.  
 laterales narium, fig. 4. 4. 5.
- γ.* ad venam sphenopalatinam pertinentes:
- c. venae nasales superiores posteriores septi narium, fig. 5. 1.  
 laterales narium, fig. 4. 1.
- δ.* ad venas palati molli tendentes:

- d. venae nasales inferiores posteriores septi narium, fig. 5. 6.  
 laterales narium, fig. 4. 6.
5. Vasa lymphatica.
6. Nervi. Tab. IX., fig. 6 et 7.
- α.* e bulbo primi paris:
- a. nervi olfactorii septi narium, fig. 7. 1-4.  
 et laterales narium, fig. 6. 1-7.
- β.* e nervo nasociliari primi rami quinti paris:
- c. nervus ethmoidalis, fig. 6. 23.  
 ramus septi narium, fig. 7. 9.  
 ramus lateralis narium, fig. 6. 25.
- γ.* e nervo pterygopalatino secundi rami quinti paris:
- d. nervi nasales  
 nervus septi narium seu nasopalatinus Scarpae, fig. 7. 5. 6.  
 nervi nasales laterales superiores, fig. 6. 19.  
 et inferiores, fig. 6. 20.

## ORGANON GUSTUS.

### LINGUA SEU GLOSSA.

Conf. Tab. X.

#### FORMA.

1. Basis seu radix linguae, fig. 1. c. fig. 2. a.  
 Foramen coecum s. Meibomii, fig. 1. h. fig. 3. o.  
 Frenulum epiglottidis, fig. 1. b.
2. Corpus linguae.  
 Dorsum linguae, fig. 1. d. fig. 2. b.  
 Margo lateralis, fig. 1. f. fig. 2. d.
3. Apex linguae, fig. 1. e. fig. 2. c.  
 Frenulum linguae, fig. 2. e.

#### STRUCTURA.

1. Involucrum s. cutis linguae.  
 Periglottis, fig. 4.  
 Plicae, fig. 1. n. fig. 2. m. fig. 20.  
 Rugae, fig. 1. m. fig. 2. l. fig. 19.  
 Papillae linguae s. gustus:
- a. Papillae vallatae s. magnae, fig. 1. i. fig. 2. h. fig. 14.  
 b. Papillae capitatae s. fungiformes s. obtusae s. clavatae, fig. 1. k. fig. 2. i. fig. 17.  
 c. Papillae conicae, fig. 1. l. fig. 2. k. fig. 16.  
 d. Papillae filiformes, fig. 15.  
 Glandulae s. cryptae mucosae, fig. 1. g.
2. Cartilago linguae, fig. 3. x. fig. 10. g.
3. Os hyoides, fig. 5-8.
- a. Basis, fig. 5-8. a.  
 b. Cornua maiora, fig. 5. f. fig. 6. e. fig. 7. c.

- c. Cornua minora, fig. 5. e. fig. 7. b. fig. 8. e.
4. Musculi.
- a. Musculus hyoglossus, fig. 9. w. x. fig. 10. m.  
 b. Musculus styloglossus, fig. 9. y. fig. 10. l.  
 c. Musculus genioglossus, fig. 3. v. fig. 9. u. fig. 10. e.  
 d. Musculus lingualis, fig. 9. v. fig. 10. i.  
 e. Musculus transversalis linguae, fig. 10. h.
5. Arteriae.
- α.* ex arteria linguali, fig. 11. 1.  
 a. arteria dorsalis linguae, fig. 11. 2.  
 b. arteria sublingualis, fig. 11. 3.  
 c. arteria ranina, fig. 11. 4.  
*β.* ex arteria faciali:  
 d. Rami linguales arteriae submentalis, fig. 11. 11.
6. Venae, fig. 12.
- a. Venae raninae, fig. 12. 2-5.  
 b. Vena dorsalis linguae, fig. 12. 6.  
 c. Vena sublingualis, fig. 12. 8.
7. Vasa lymphatica.
8. Nervi, fig. 13.
- α.* e nervo hypoglosso s. motorio linguae, fig. 13. 10.  
 a. rami musculares linguae, fig. 13. 11-16.  
*β.* e nervo glossopharyngeo  
 b. ramus lingualis, fig. 11. 12 et 13.  
*γ.* e tertio ramo quinti paris  
 c. nervus lingualis, fig. 13. 1-3.



# ORGANON TACTUS.

## INTEGUMENTA.

Conf. Tab. XI.

### A. Cutis seu derma.

#### FORMA.

Facies externa s. libera, fig. 1.

#### 1. Sulci

##### a. minores

- $\alpha$ . vorticosi seu spirales, fig. 1. a.
- $\beta$ . arcuati, fig. 1. b.
- $\gamma$ . transversi, fig. 1. c.
- $\delta$ . longitudinales, fig. 18. b.
- $\epsilon$ . obliqui, fig. 1. e.
- $\zeta$ . stellares, fig. 1. f.

##### b. Sulci maiores.

#### 2. Eminentiae

- a. Papillae tactus, fig. 6.
- b. Rugae, fig. 1. d.

#### 3. Foramina

- a. Aperturæ canalium spiraliū s. sudoriferorum seu pori cutis, fig. 6. c.
  - b. Ostiola cryptarum sebacearum, fig. 9-11.
  - c. Orificia folliculorum pilorum, fig. 10 et 11.
- Facies interna, telae subcutaneae continua, fig. 2.  
Foveolae seu reticula, adipe conferta, fig. 7. c.

#### STRUCTURA.

- a. Epidermis s. cuticula, fig. 3. a. fig. 5. a. fig. 4. c.
- b. Stratum Malpighianum s. mucus s. rete Malpighii s. corpus reticulare s. reticulum, fig. 3. b. fig. 5. b. fig. 4. d.
- c. Corium, fig. 3. c. fig. 4. e.
  - 1. Massa cellularis densa et compacta, fig. 4. e.
    - $\alpha$ . Stratum externum corii seu corpus papillare, fig. 4. f. fig. 6. B.
    - Papillae corii s. tactus, fig. 6. g.
    - $\beta$ . Stratum medium, fig. 4. e.
    - $\gamma$ . Stratum internum, cellulis et reticulis in facie interna praeditum et telae cellulosae subcutaneae continuum. fig. 4. i.
  - 2. Cryptae sebaceae seu folliculi sebacei
    - $\alpha$ . simplices, fig. 9. A.
    - $\beta$ . loculati, fig. 9. B.
    - $\gamma$ . acinosi, figg. 10 et 11.
  - 3. Folliculi pilorum, figg. 10 et 11.
  - 4. Organa sudoripara, fig. 8.
    - Folliculi sudoripari, fig. 8. m.

Canales spirales s. sudoriferi, fig. 8. n.

Orificia infundibuliformia s. aperturæ canalium spiraliū, fig. 8. o.

#### 5. Arteriae.

Rete profundum s. cutaneum internum, fig. 14.

Rete superficiale s. cutaneum externum, figg. 12 et 13.

#### 6. Venae.

Rete profundum.

Rete superficiale.

#### 7. Vasa lymphatica, fig. 15.

Rete superficiale.

Rete profundum.

#### 8. Nervi.

Rami cutanei nervorum cerebrospinalium.

### B. Partes cuti adnexae.

#### a. Ungues.

#### FORMA.

Radix, fig. 16. a. fig. 17. a.

Lunula, fig. 16. e. fig. 17. e.

Corpus, figg. 16 et 17. b.

Apex, fig. 16. c.

Facies superior s. libera, fig. 16.

Striae longitudinales parallelae.

Facies inferior, corio contigua, fig. 17.

Matrix unguis, fig. 20. d.

#### STRUCTURA.

Stratum lamellatum s. epidermoidale, fig. 20. l.

Stratum mucosum, fig. 20. f.

#### b. Pili seu crines.

#### FORMA.

Apex, fig. 21. d.

Truncus, fig. 21. c.

Radix, fig. 21. b. fig. 23. d.

Bulbus, fig. 23. e.

Folliculus pili, fig. 21-25.

Pulpa pili, fig. 23. g.

#### STRUCTURA.

Substantia pili externa seu corticalis, fig. 23. b.

Substantia pili interna seu medullaris, fig. 23. c.

Vasa sanguifera pulpae, fig. 23. i.

Nervi pulpae.



# EXPLICATIO TABULARUM.

## TABULA PRIMA.

### Figura prima.

*Oculus viri adulti sinister modice apertus et a latere seu ex adverso ad vicum depictus.*

- a.* Supercilium. *b.* Palpebra superior. *c.* Palpebra inferior. *d.* Canthus oculi externus. *e.* Commissura palpebrarum externa. *f.* Cilia. *g.* Margo palpebrarum liber. *h.* Sclerotica. *i.* Cornea. *k.* Iris. *l.* Pupilla.

### Figura secunda.

*Oculus sinister eiusdem viri modice apertus et a fronte delineatus.*

- a-g.* ut in priori figura. *h.* Commissura palpebrarum interna. *i.* Canthus oculi internus. *k.* Caruncula lacrimalis. *l.* Plica semilunaris. *m.* Sclerotica. *n.* Cornea. *o.* Pupilla.

### Figura tertia.

*Oculus eiusdem viri sinister clausus a fronte exhibitus.*

- a-f.* ut in prioribus figuris. *g.* Rima palpebrarum. *h.* Canthus oculi internus.

### Figura quarta.

*Musculus orbicularis seu sphincter palpebrarum oculi sinistri.*

- a.* Ligamentum palpebrale seu tendo musculi orbicularis. *b.* Musculi orbicularis pars palpebralis, cujus fibrae e ligamento palpebrali oriuntur. *c.* Pars orbitalis musculi orbicularis. *d.* Fibrae huius partis, quae a parte nasali ossis frontis et processu frontali maxillae superioris supra ligamentum palpebrale originem ducunt. *e.* Aliae fibrae, ab ipso ligamento ortae. *f.* Fibrae, quae infra ligamentum palpebrale processui nasali maxillae superioris inseruntur. *g.* Fibrae, quae musculo zygomatico minori continuatae sunt. *h.* Musculus corrugator superciliorum maxima parte musculo orbiculari palpebrarum tectus.

### Figura quinta.

*Arteriae palpebrarum subcutaneae infantis septem annorum a facie interna delineatae.*

- a.* Canthus oculi internus, *b.* externus. *c.* Ramuli maiores, *d.* minores arteriarum, quibus retia maiora subcutanea efficiuntur.

### Figura sexta.

*Venae palpebrarum subcutaneae oculi sinistri infantis neonati cum truncis venarum maioribus orbitam cingentibus.*

Magnitudo paululum aucta est.

- a.* Musculus orbicularis palpebrarum. Pars suprema huius musculi ablata est, quo situs venae supraorbitariae patefiat.

*b.* Vena dorsalis narium. *c.* Vena frontalis. *d.* Vena ophthalmica cerebrialis.

*e. e.* Venae palpebrales superiores internae.

*f.* Venae laterales narium. *g.* Vena orbitalis inferior. *h.* Vena labialis superior.

*i. i.* Venae palpebrales inferiores internae. *k.* Vena facialis anterior. *l.* Vena in margine supraorbitario, quae cum vena zygomatica anastomosin init. *m.* Vena orbitalis superior (Conf. tab. IV. fig. 7. 15.).

*n. n.* Venae palpebrales externae superiores et inferiores.

*o.* Vena, quae venam zygomaticam (p.) cum vena faciali anteriore coniungit.

*q.* Anastomoses venarum maiorum, et *r.* minorum palpebrae superioris et inferioris, seu plexus venosi palpebrarum.

### Figura septima.

*Nervi palpebrarum sinistri lateris a facie palpebrarum interna spectati.*

- a.* Musculus frontalis. *b.* Musculus corrugator superciliorum. *c.* Musculus levator labii superioris alaeque nasi. *d.* Musculi orbicularis stratum orbitale, *e.* stratum palpebrale. *f.* Ligamentum palpebrale. *g. g.* Papillae lacrimales et puncta lacrimalia. *h.* Panniculus adiposus. *i.* Integumenta.

1. Nervus frontalis. 2. 2. 2. Rami frontales. 3. 3. Horum coniunctiones cum nervo faciali. 4. 4. Rami palpebrales superiores, qui inter fibras musculi orbicularis ad cutem palpebrae superioris tendunt.

5. Nervus supratrochlearis. 6. Eius coniunctio cum nervo frontali. Ex hac coniunctione nervus palpebralis superior, qui usque ad marginem palpebrae superioris currit, oritur.

7. Nervus infratrochlearis. 8. Coniunctio huius nervi cum nervo supratrochleari.

9. Nervus infraorbitalis. 10. Eius coniunctio cum nervo faciali. 11. Rami labiales nervi infraorbitalis. 12. Rami nasales (conf. t. VIII. fig. 10. v. w.). 13. 13. Rami palpebrales inferiores, qui partim usque ad marginem palpebrae inferioris tendunt, partim musculus orbicularem perforant et in cutem distribuuntur.

14. Nervus subcutaneus malae. 15. Rami malares, 16. rami palpebrales huius nervi. 17. Coniunctio cum nervo faciali.

18. Rami temporales, 19. rami malares, 20. rami buccales nervi facialis, qui in musculos supra nominatos (*a-e*) distribuuntur.

### Figura octava.

*Arteriae palpebrarum profundae oculi sinistri hominis adulti cum arteriis coniunctivae bulbi et truncis arteriosis maioribus orbitam cingentibus.*

*a. a. a.* Ossa, quae ad orbitam pertinent, periosteo tecta. *b.* Foramen frontale.

*c.* Foramen infraorbitale. *d.* Adeps orbitae.

*e.* Trochlea pro tendine (*f*) musculi obliqui superioris. *g.* Tendo musculi levatoris palpebrae superioris.



*h.* Ligamentum palpebrale, internum nominatum. *i.* Ligamentum sic dictum palpebrale externum.

*k.* Palpebra superior. *l.* Palpebra inferior. *m.* Caruncula lacrimalis. *n.* Plica semilunaris.

*o.* Coniunctiva bulbi. *p.* Cornea, per quam iris conspicua est.

1. Arteria infraorbitalis.

2. Arteria transversa faciei. 3. Anastomosis harum arteriarum.

4. Arteria temporalis superficialis anterior.

5. Arteria supraorbitalis, quae coniunctionem cum arteria temporali init.

6. Arteria ophthalmica, e qua originem ducunt: 7. arteria dorsalis narium, 8. arteria frontalis, et 9. arteria palpebralis, quae in arteriam palpebralem superiorem (10) et inferiorem (11) dividitur. 12. Anastomosis arteriae palpebralis superioris cum arteria temporali. 13. Coniunctio arteriae palpebralis inferioris cum ramulis arteriae transversae faciei et arteria lacrimali.

14. Arcus palpebralis superior, et 15. inferior.

16. Arteriae coniunctivae scleroticae. 17. Circulus arteriosus horum vasorum in ambitu corneae. Ex hoc circulo vasa minima ad marginem coniunctivae corneae tendunt.

Hac in figura tres circuli arteriosi, circulus orbitalis, deinde palpebralis et tum circulus circa corneam, perspicui sunt.

#### Figura nona.

*Glandulae sebaceae palpebrarum s. Meibomianae iuvenis a parte interna spectatae.*

*a.* Coniunctiva. *b.* Palpebra superior, et *c.* inferior, coniunctiva obductae. *d.* Margo palpebrarum liber. *e.* Cilia.

*f.* Oscula glandularum sebacearum. *g.* Glandulae sebaceae s. Meibomianae palpebrae superioris, quae directionem et longitudinem diversam ostendunt. Nonnullae in fine arcus minores et maiores possident. *h.* Glandulae sebaceae palpebrae inferioris, item diverso modo dispositae.

*i.* Papilla lacrimalis superior, et *k.* inferior. *l. l.* Puncta lacrimalia.

#### Figura decima.

*Quatuor glandulae sebaceae palpebrae inferioris eiusdem iuvenis. Magnitudo sexies aucta est.*

*a.* Vesiculae s. acini, e quibus quaeque glandula sebacea composita est.

*b.* Ductus communis, in quem acini vesiculosi inseruntur.

*c. c.* Oscula ductuum.

#### Figura undecima.

*Singula glandula sebacea sine palpebra inferiori delineata.*

Figura decies circiter adaucta est.

*a.* et *b.* ut in priori figura.

#### Figura duodecima.

*Tarsus palpebrae superioris ad horizontem dissectus, quo situs glandularum in massa cartilaginis pateat.*

Magnitudo duplo maior.

*a.* Facies tarsi anterior s. convexa. *b.* Facies ejus posterior. *c. c. c.* Acini glandularum, partim dissecti. *d.* Lumen ductus excretorii.

#### Figura decima tertia.

*Coniunctiva palpebrarum oculi sinistri.*

*a.* Musculi orbicularis palpebrarum facies interna.

*b.* Membrana coniunctiva, quae internam palpebrarum superficiem obducit.

*c.* Ostiola ductuum lacrimas excernentium.

*d.* Corpus papillare coniunctivae palpebrarum.

*e.* Oscula glandularum Meibomianarum. *f.* Papilla lacrimalis superior, *g.* inferior. *h. h.* Puncta lacrimalia. *i.* Caruncula lacrimalis.

#### Figura decima quarta.

*Corpus papillare coniunctivae palpebralis.*

Particula coniunctivae diametro vices amplificada est.

Papillae coniunctivae in facie tarsi posteriore (*a. a.*) irregulariter dispositae, prope marginem tarsi convexam (*b.*) undulate collocatae sunt.

#### Figura decima quinta.

*Coniunctiva ad perpendicularum dissecta et lente vitrea adaucta.*

*a.* Cilia nonnulla. *b.* Facies coniunctivae interna.

*c.* Papillae dissectae. *d.* Papillae integrae. *e.* Massa coniunctivae.

#### Figura decima sexta.

*Arteriae coniunctivae palpebrarum infantis neonati, arte repletae, a parte interna exhibitae.*

Haec figura paululum amplificada est.

*a.* Musculus orbicularis palpebrarum. *b. b.* Papillae lacrimales. *c.* Coniunctiva palpebralis.

*d. d. d. d.* Arteriarum coniunctivae ramuli maiores, qui ad marginem palpebrarum tendunt et surculos mittunt. *e. e.* Retia arteriarum coniunctivae.

#### Figura decima septima.

*Arteriae coniunctivae palpebrarum infantis neonati adauctae.*

*a.* Arteriae maiores. *b.* Arteriae minimae.

#### Figura duodevicesima.

*Caruncula lacrimalis et plica semilunaris oculi sinistri hominis adulti.*

Commissuram palpebrarum externam divisi palpebrasque explanavi, ut situs carunculae lacrimalis et plicae semilunaris conspicuus sit.

*a.* Palpebra superior. *b.* Eius cilia. *c.* Orificia glandularum sebacearum. *d.* Tarsus superior, coniunctiva vestitus. *e.* Margo tarsi superior s. convexus. *f.* Margo inferior s. rectus.

*g.* Palpebra inferior. *h.* Eius cilia. *i.* Orificia glandularum sebacearum. *k.* Tarsus inferior, item coniunctiva obtectus. *l.* Margo inferior s. convexus, *m.* margo superior s. rectus tarsi inferioris.

*n.* Plica semilunaris. *o.* Caruncula lacrimalis.

*p.* Papilla lacrimalis superior, et *q.* inferior. *r. r.* Puncta lacrimalia.

#### Figura undevicesima.

*Glandulae lacrimales oculi sinistri a fronte exhibitae.*

*a.* Bulbus oculi. *b.* Coniunctiva bulbi, quae anticam scleroticae partem et corneam obducit.

*c.* Glandula lacrimalis superior, *d.* inferior.



**Figura vicesima.***Glandulae lacrimales oculi sinistri a latere delineatae.*

- a.* Bulbi pars anterior. *b.* Sclerotica, *c.* Cornea, membrana conjunctiva vestitae.  
*d.* Glandula lacrimalis superior, *e.* inferior.

**Figura vicesima prima.***Glandulae lacrimales a superioribus descriptae.*

Glandulam lacrimalem superiorem sustuli et ab inferiori separavi, quo dispositio glandulae inferioris seu glandularum congregatarum Monroi pateat.

- a.* Glandula lacrimalis superior. *b.* Eiusdem lobuli.  
*c.* Glandula lacrimalis inferior. *d.* Huius lobuli, quorum nonnulli (*e. e.*) ab aliis separati existunt.

**Figura vicesima secunda.***Canaliculi lacrimales et saccus lacrimalis oculi sinistri in situ naturali exhibiti.*

Commissuram palpebrarum internam et ligamentum palpebrale resecuri, ut situs et dispositio canalium lacrimantium conspiciantur.

- a.* Palpebra superior, *b.* inferior. *c.* Plica semilunaris. *d.* Caruncula lacrimalis. *e.* Papilla lacrimalis superior, *f.* inferior.  
*g.* Canaliculus lacrimalis superior. *h.* Eius saccus caecus.  
*i.* Canaliculus lacrimalis inferior. *k.* Saccus caecus huius ductus.  
*l.* Anastomosis utriusque canaliculi.  
*m.* Saccus lacrimalis. *n.* Pars caeca sacci. *o.* Ductus nasalis.

**Figura vicesima tertia.***Canaliculi lacrimales, saccus lacrimalis et ductus nasalis aperti.*

- a.* Canaliculus lacrimalis superior, *b.* inferior. *c.* Canalis communis. *d.* Exitus eius in saccum lacrimalem (*e*). *f.* Plicae membranae mucosae sacci lacrimalis. *g.* Ductus nasalis. *h.* Plica semilunaris osculi nasalis. *i.* Particula membranae narium mucosae.

**Figura vicesima quarta.***Facies interna membranae mucosae sacci lacrimalis, bis amplificata.*

- a.* Plica membranae mucosae maior, *b. b.* Plicae minores.  
*c.* Cryptae mucosae.

**TABULA SECUNDA.****Figura prima.***Bulbus oculi sinistri integer a fronte descriptus.*

- a.* Scleroticae pars antica. *b.* Cornea. *c.* Pupilla.

**Figura secunda.***Bulbus oculi sinistri dissectus et evolutus, a fronte exhibitus.*

Figurae magnitudo naturalem  $2\frac{1}{2}$  superat.

- a.* Scleroticae pars posterior. *b.* Scleroticae pars anterior. *c.* Sinus circularis iridis s. Hovii. *d.* Corneae facies posterior s. concava.  
*e.* Membranae arachnoideae lamina externa s. fusca. *f.* Membranae arachnoideae lamina interna s. suprachorioidea. *g.* Membranae humoris aquei pars antica, quae corneam vestit, *h.* pars posterior, iridem obducens.

- i.* Chorioideae facies externa. *k.* Ligamentum ciliare. *l.* Processus ciliares, a facie anteriore visi. *m.* Chorioideae facies interna. *n.* Corporis ciliaris pars non fimbriata. *o.* Huius membranae pars fimbriata. *p.* Processus ciliares a facie posteriore spectati. *q.* Iridis facies anterior. *r.* Facies posterior iridis reflexae.

- s.* Retinae facies externa, et *t.* interna. *u.* Lamina ciliaris retinae. *v.* Margo undulato-dentatus. *w.* Apices plicarum retinae.

- x.* Membrana hyaloidea. *y.* Lamina ciliaris s. zonula Zinnii. *z.* Margo undulato-dentatus. *a.* Apices plicarum zonulae Zinnii.  
*β.* Lentis facies anterior.

**Figura tertia.***Bulbus oculi sinistri integer a superioribus delineatus.*

- a.* Nervus opticus. *b.* Sclerotica. *c.* Protuberantia scleroticalis. *d.* Cornea. *e.* Iris. *f.* Pupilla.

**Figura quarta.***Bulbus oculi sinistri ad horizontem dissectus.*

Amplificatio eadem est ut in fig. secunda.

- a.* Nervus opticus. *b.* Papilla nervi optici. *c.* Vagina nervi optici. *d.* Sclerotica. *e.* Cornea. *f.* Canalis Hovii.

- g.* Arachnoideae lamina externa, *h.* interna. *i.* Pars anterior, *k.* posterior membranae humoris aquei.

- l.* Chorioidea. *m.* Ligamentum ciliare. *n.* Processus ciliares. *o.* Iris. *p.* Pupilla.

- q.* Retina. *r.* Lamina ciliaris retinae. *s.* Apices plicarum retinae. *t.* Membrana hyaloidea. *u.* Eius pars ciliaris s. zonula Zinnii. *v.* Margo undulato-dentatus. *w.* Apices plicarum zonulae. *x.* Coniunctio zonulae cum capsula lentis. *y.* Canalis Petiti. *z.* Parietes posterior huius canalis.

- a.* Capsula lentis. *β.* Lens.

**Figura quinta.***Bulbus oculi sinistri integer a latere delineatus.*

- a.* Nervus opticus. *b.* Sclerotica. *c.* Cornea. *d.* Iris. *e.* Pupilla.

**Figura sexta.***Vasa conjunctivae bulbi sanguifera.*

- a.* Coniunctiva bulbi. *b.* Vasa sanguifera conjunctivae, quorum ramuli minimi supra marginem corneae (*c*) currunt et in conjunctivam, quae hanc obducit, distribuuntur. *d.* Pupilla.

**Figura septima.***Vasa lymphatica conjunctivae bulbi, mercurio impleta.*

- a.* Coniunctiva bulbi. *b.* Vasorum lymphaticorum retia. *c.* Vasa lymphatica minima prope marginem corneae. *d. d.* Trunci lymphatici, qui ad ambitum bulbi tendunt.

**Figura octava.***Arteriae scleroticae a latere exhibitae.*

- a.* Cornea, per quam iris (*b*) adparet. *c.* Sclerotica. *d.* Nervus opticus.

- e.* Trunculus arteriarum ciliarium posteriorum (Conf. t. IV. fig. 4.). *f. f.* Singulae arteriae ciliares. *g.* Introitus ho-



rum vasorum in bulbum. *h.* Ramuli harum arteriarum, qui per scleroticam distribuuntur.

**Figura nona.**

*Arteriae scleroticae a fronte delineatae.*

*a.* Corneae facies anterior. *b.* Sclerotica.  
*c.* Arteriae scleroticae, quae prodeunt ex arteriis ciliaribus et usque ad marginem corneae tendunt.

**Figura decima.**

*Canaliculi corneae lymphatici, venae et sinus circularis iridis, venae ciliares anteriores.*

Magnitudo paululum adaucta.

*a.* Corneae pars dimidia. Altera ablata est, ut venae iridis cum sinu circulari conspicuae sint. *b.* Sclerotica. *c.* Iris. *d.* Pupilla.  
*e.* Venae iridis, quae in sinum circularem (*f.*), e quo venulae ciliares anteriores (*g.*) originem ducunt, immittuntur. *h.* Canales lymphatici corneae, mercurio iniectioni.

**Figura undecima.**

*Chorioideae facies externa cum nervulis ciliaribus supra chorioideam decurrentibus.*

*a.* Nervus opticus. *b.* Scleroticae pars postica. *c.* Chorioideae facies externa. *d.* Ligamentum ciliare. *e.* Iris. *f.* Nervuli ciliares. *g.* Eorum decursus per scleroticam. *h.* Cursus horum nervorum supra chorioideam. *i.* Divisio nervulorum prope ligamentum ciliare.

**Figura duodecima.**

*Chorioideae facies interna.*

Bulbus oculi ad perpendicularum secundum axem est divisus, et corpus vitreum cum lente amotum.

*a.* Nervus opticus. *b.* Sclerotica. *c.* Cornea. *d.* Chorioideae facies interna. *e.* Corpus ciliare. *f.* Margo undulato-dentatus. *g.* Processus ciliares. *h.* Iridis facies posterior.

**Figura decima tertia.**

*Chorioidea cum ligamento ciliari et iride a fronte exhibita.*

*a.* Chorioideae pars antica. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Nervuli ciliares. *d.* Iridis facies anterior. *e.* Pupilla.

**Figura decima quarta.**

*Chorioidea cum corpore ciliari irideque a posterioribus descripta.*

*a.* Scleroticae margo dissectus. *b.* Chorioideae facies interna. *c.* Corporis ciliaris margo undulato-dentatus. *d.* Pars non fimbriata corporis ciliaris. *e.* Pars fimbriata s. processus ciliares. *f.* Iridis facies posterior, plicis praedita. *g.* Pupilla.

**Figura decima quinta.**

*Processus ciliares ab anterioribus exhibiti.*

*a.* Chorioideae pars antica. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Sulcus pro iride, hic amota. *d.* Processus ciliares. *e.* Lens.

**Figura decima sexta.**

*Arteriae membranae chorioideae a latere depictae.*

Figura magnitudinem naturalem  $2\frac{1}{2}$  superat.

*a.* Iris. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Chorioidea. *d.* Scleroticae pars postica. *e.* Nervus opticus.

*f. f.* Arteriae ciliares posteriores. *g. g.* Harum distributio per membranam chorioideam. *h.* Arteria ciliaris longa externa, quae praecipue ad iridem tendit. *i. i.* Arteriae ciliares anteriores breves.

**Figura decima septima.**

*Venae chorioideae ex adverso descriptae.*

Augmentatio ut in priori figura.

*a.* Iris. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Chorioidea. *d.* Scleroticae particula. *e.* Nervulus opticus.

*f.* Vasa vorticososa. *g. g.* Trunci maiores horum vasorum, qui scleroticam hoc in loco perforant. *h.* Venulae ciliares posteriores, prope insertionem nervi optici scleroticam perforantes. *i.* Ramuli anteriores. *k.* Coniunctiones vasorum vorticosorum. *l.* Vena ciliaris longa, nervulum ciliarem comitans. *m.* Nervulus ciliaris.

**Figura duodevicesima.**

*Arteriae iridis et ligamenti ciliaris infantis neonati.*

Figura  $3\frac{1}{2}$  adaucta.

*a.* Chorioidea. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Iris. *d.* Pupilla.  
*e.* Vasa vorticososa chorioideae. *f.* Arteria ciliaris longa interna, *g.* externa. *h.* Arteriae ciliares anteriores. *i.* Rete horum vasorum in ligamento ciliari situm. *k.* Circulus vasorum iridis maior. *l.* Circulus minor. *m.* Arteriae maiores, et *n.* minores, quae ab annulo maiori ad minorem currunt. *o.* Arcus arteriarum, in annulo minori s. pupillari iridis perspicui.

**Figura undevicesima.**

*Membrana pupillaris foetus sex mensium.*

Haec figura septies diametro amplificata est.

*a.* Chorioidea. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Iris. *d.* Membrana pupillaris. *e.* Vortices venosi chorioideae. *f.* Arteriae ciliares longae. *g.* Arteriae ciliares breves. *h.* Utrarumque distributio per ligamentum ciliare. *i.* Circulus arteriarum iridis maior. *k.* Arteriae iridis maiores et minores. *l.* Harum arcus et ansae in margine pupillari. *m.* Arteriae membranae pupillaris maiores et minores, ex trunculis et arcibus arteriarum iridis prodeuntes. *n.* Anastomoses et arcus harum arteriarum, partim maiores, partim minores. *o.* Rete centrale vasorum pupillarum (Conferat. dispositio et natura horum vasorum, arcuum et retium cum illis vasorum anterioris capsulae lentis, quae his subiecta sunt [fig. 12. Tab. III.]).

**Figura vicesima.**

*Vasa membranae chorioideae, ligamenti ciliaris et iridis ex oculo infantis a superficie externa delineata et viginti circiter partibus diametro adaucta.*

*a.* Chorioideae facies externa. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Iris.  
*d. d. d.* Arteriae ciliares posteriores. *e. e. e.* Harum ramificatio. *f. f. f.* Vasa capillaria. *g. g.* Venae vorticosae, ex his prodeuntes. *h.* Rami arteriarum ciliarium posteriorum ad ligamentum ciliare tendentes. *i.* Arteria ciliaris longa. *k.* Rami ad ligamentum ciliare spectantes. *l.* Eorum distributio per ligamentum ciliare. *m.* Coniunctiones cum arteria ciliari posteriori. *n.* Retia arteriarum in ligamento ciliari obvia. *o. o. o.* Rami arteriae ciliaris longae ad iridem tendentes. *p.* Vasa maiora, *q.* minora, quae radiate in iride decurrunt, anastomoses diverso modo in eunt, arcus et ansas faciunt, praecipue in annulo minori. *r.* Circulus minor iridis. *s.* Arcus vasorum in margine iridis pupillari exstantes.



**Figura vicesima prima.**

*Vasa membranae chorioideae, corporis ciliaris et iridis ex oculo infantis vicies amplificata et a superficie interna descripta.*

*a.* Chorioideae facies interna. *b.* Pars non fimbriata, *c.* pars fimbriata corporis ciliaris. *d.* Tres processus ciliares. *e.* Iris. *f.* Margo pupillaris. *g.* Vasa capillaria, quae in interna chorioideae facie inveniuntur. *h.* Arteriolae, paene parallelae, in facie interna partis non fimbriatae corporis ciliaris conspicuae. *i.* Arteriolae valde tortuosae partis fimbriatae corporis ciliaris. *k.* Arcus vasorum in apice plicarum apparentes. *l.* Vasa maiora et minora iridis. *m.* Rete vasorum capillarum, quod in margine iridis pupillari internam truncorum parallelorum faciem obducit. *n.* Origo vasorum ad rete pupillare pertinentium.

**Figura vicesima secunda.**

*Nervi ciliares, plexus nervorum ciliarum nervulique iridis ex oculo iuvenis.*

Haec figura magnitudinem naturalem  $2\frac{1}{2}$  superat.

*a.* Chorioidea. *b.* Ligamentum ciliare. *c.* Iris. *d.* Pupilla. *e.* Nervi ciliares maiores, *f.* minores. *g.* Horum anastomoses. *h.* Divisio nervorum ciliarum. *i.* Plexus nervorum ciliarum in liga-

mento ciliari conspicuus. *k.* Nervuli iridis. *l.* Horum coniunctiones. *m.* Ansa nervorum.

**Figura vicesima tertia.**

*Reticula seu maculae (Maschen) iridis.*

Particula faciei iridis anterioris sexies amplificata est.

*a.* Margo iridis externus, *b.* internus. *c.* Annulus pupillaris. *d.* Reticula maiora et minora, quae in facie iridis anteriore perspiciuntur. *e.* Vasa, quae in fundo reticulorum currunt.

**Figura vicesima quarta.**

*Strata pigmenti nigri.*

Figura magnitudinem naturalem multo superat.

*a.* Stratum nigrum pigmenti, e globulis et massa granea uberima compositum.

*b.* Stratum nigricans, quod minorem massae granae quantitatem possidet, sic ut singuli globuli albidus, massa nigra circumfusi, perspiciantur. *c.* Aliquot globuli, qui a massa nigra separati sunt. *d.* Massa nigra a globulis vacua, seu cellulae sic dictae pigmenti nigri.

*e.* Stratum cinereum, e globulis, illis mucis simillimis, compositum et massa nigra expers.

**TABULA TERTIA.****Figura prima.**

*Retina oculi dextri, a parte posteriore depicta.*

*a.* Chorioidea, pigmento nigro tecta, reflexa. *b.* Stratum cinereum pigmenti nigri s. membrana sic dicta Iacobiana, a retina separata. *c.* Nervus opticus, prope bulbum persectus. *d.* Retinae facies convexa et externa. *e.* Plica transversa retinae a facie posteriore visa. *f.* Vasa retinae, quae in cadavere plerumque sanguine repleta perspiciuntur.

**Figura secunda.**

*Retina oculi sinistri, a latere descripta.*

*a.* Nervus opticus, vagina denudatus. *b.* Retinae facies externa. *c.* Pars ciliaris retinae. *d.* Eius margo undulato-dentatus. *e.* Processus ciliares retinae. *f.* Vasa retinae. *g.* Lens.

**Figura tertia.**

*Retinae oculi sinistri pars antica, a fronte delineata.*

*a.* Ambitus partis crassioris retinae. *b.* Margo undulato-dentatus. *c.* Pars ciliaris retinae. *d.* Processus ciliares. *e.* Lens.

**Figura quarta.**

*Retinae oculi sinistri pars postica, a fronte exhibita.*

*a.* Papilla nervi optici. *b.* Plica transversa retinae. *c.* Foramen centrale cum macula lutea. *d.* Retinae facies interna s. concava. *e.* Vasa retinae.

**Figura quinta.**

*Arteriae retinae oculi sinistri adulti  $2\frac{1}{2}$  partibus amplificatae et a fronte descriptae.*

*a.* Papilla nervi optici. *b.* Plica transversa cum foramine centrali. *c.* Facies retinae interna s. concava. *d.* Trunculus arteriae centralis retinae. *e.* Distributio arteriae per faciem retinae internam.

ii.

**Figura sexta.**

*Venae retinae oculi sinistri hominis adulti,  $2\frac{1}{2}$  partibus adauctae et ab anteriore parte exhibitae.*

*a.* Papilla nervi optici. *b.* Plica retinae transversa cum foramine centrali. *c.* Trunculus venae centralis retinae. *d.* Eius distributio.

**Figura septima.**

*Vasa retinae capillaria.*

*a.* Ramuli maiores, *b.* minores, *c.* minimi, qui retia multifaria componunt.

**Figura octava.**

*Corpus vitreum oculi sinistri, a posteriore parte delineatum.*

*a.* Facies posterior corporis vitrei. *b.* Plica corporis vitrei transversa, in qua plica retinae transversa sita est.

**Figura nona.**

*Corpus vitreum oculi sinistri a latere descriptum.*

*a.* Zonula Zinnii. *b.* Eius margo undulato-dentatus. *c.* Processus ciliares. *d.* Lens.

**Figura decima.**

*Corpus vitreum, a fronte visum.*

*a.* Corporis vitrei seu membranae hyaloideae ambitus. *b.* Zonula Zinnii seu lamina ciliaris. *c.* Eius margo undulato-dentatus. *d.* Processus zonulae ciliares. *e.* Lens.

**Figura undecima.**

*Cellulae corporis vitrei.*

Corpus vitreum congelatum ad perpendicularum per medium divisum est.

*a.* Cellulae corporis vitrei. *b.* Canalis Petiti. *c.* Capsula lentis. *d.* Lens.



**Figura duodecima.**

*Vasa corporis vitrei et parietis capsulae lentis anterioris e foetu quatuor mensium, a fronte delineata.*

Figura quater et vices diametro adaucta est.

*a. Ramuli maiores, b. minores vasorum corporis vitrei. c. Rete vasorum in superficie zonulae Zinnii conspicuum. d. Canalis circularis vasorum capsulae lentis. e. Vasa ex hoc canale ad capsulam lentis anteriorem prodeuntia. f. Vasa parietis capsulae posterioris, quae ad anteriorem parietem tendunt. g. Anastomoses vasorum. h. Rete centrale vasorum capsularium.*

(Conf. haec figura cum figura 20, tabulae secundae.)

**Figura decima tertia.**

*Vasa corporis vitrei ex eodem foetu, a latere descripta.*

Augmentatio ut in priori figura.

*a. Lens. b. Corpus vitreum. c. Trunculus vasorum corporis vitrei. d. Ramuli maiores. e. Eorum coniunctiones. f. Ramuli minores. g. Rete vasorum in superficie zonulae Zinnii apparens. h. Circulus vasorum capsulae lentis.*

**Figura decima quarta.**

*Lens infantilis a latere exhibita.*

*a. Facies anterior, b. posterior.*

**Figura decima quinta.**

*Lens viri adulti a latere delineata.*

*a. Facies anterior, b. posterior.*

**Figura decima sexta.**

*Lens senilis a latere visa.*

*a. Facies anterior, b. posterior.*

Haec et priores figurae discrimen segmenti anterioris et posterioris lentis secundum aetates ostendunt.

**Figura decima septima.**

*Arcus fibrarum faciei lentis anterioris ex oculo infantis neonati.*

Lens sexies adaucta.

Quatuor fibrarum arcus s. vortices hac in lente perspicuntur, quorum duo maiores primitivi et duo minores secundarii, e tertio vortice primitivo orti, conspiciuntur; etenim facies lentis anterior in foetu nec non raro in infante recens nato tantum tres fibrarum vortices ostendit, sic ut facies posterior lentis quatuor vortices seu arcus fibrarum possideat (Conf. fig. 20). Centrum lentis infantilis massam non fibratam cum tribus cornibus primitivis in superficie anteriore, et quatuor in facie posteriore praebet. Hac in icone duo cornua, ex uno cornu primitivo orta, accessoria sunt, sic ut duo vortices secundarii existant.

**Figura duodevicesima.**

*Arcus fibrarum faciei anterioris lentis hominis adulti.*

Figura  $4\frac{1}{2}$  partibus amplificata.

Haec lens hominis adulti, ut plerumque fit, novem vortices et totidem cornua, a primitivis orta, in facie anteriori praebet.

**Figura undevicesima.**

*Arcus fibrarum faciei posterioris eiusdem lentis.*

Augmentatio ut in figura priori.

Duodecim vortices et cornua in facie posteriori lentis hominis adulti plerumque conspiciuntur.

**Figura vicesima.**

*Fibrae lentis infantilis earumque arcus a latere exhibiti.*

Lens ut in figura XVII. amplificata est.

*a. Facies anterior, b. posterior.*

Hac icone mutua ratio fibrarum et arcuum utriusque faciei lentis illustratur. Facies anterior tres et posterior quatuor arcus seu vortices fibrarum et totidem cornua possident.

**Figura vicesima prima.**

*Arteriae posterioris capsulae lentis foetus sex mensium, novies adauctae.*

*a. Trunculus arteriae capsulae lentis posterioris, qui per medium humorem vitreum ad capsulam usque lentis posteriorem decurrit, ubi ramulos stellatos quaquaversum mittit. b. Ramuli maiores, c. minores, d. minimi, qui ad ambitum capsulae lentis tendunt, et ad faciem eius anteriorem spectant (Conf. fig. 12 f., fig. 22 h.).*

**Figura vicesima secunda.**

*Arteria capsularis foetus sex mensium, per canalem hyaloideum decurrens et capsulae lentis ramulos mittens, a latere exhibita.*

Figura magnitudinem naturalem  $4\frac{1}{2}$  partibus superat.

*a. Membranae chorioideae pars anterior seu corpus ciliare reflexum. b. Processus ciliares. c. Facies iridis posterior. d. Lens. e. Corpus vitreum. f. Arteria centralis per medium corpus vitreum seu canalem hyaloideum ad faciem lentis posteriorem tendens. g. Distributio stellata s. radiata vasorum per faciem capsulae lentis posterioris. h. Vasa capsulae anterioris. i. Vasa pupillaria, quae illis capsulae anterioris intime adnexa sunt.*

**Figura vicesima tertia.**

*Lens ad perpendicularum per medium divisa et a latere descripta.*

Magnitudo  $3\frac{1}{4}$  partibus adaucta est.

**Figura vicesima quarta.**

*Lens spiritu vini indurata et trifariam divisa ab anterioribus delineata.*

Magnitudo ut in priori figura aucta.

*a. Laminae externae. b. Nucleus lentis.*

Talis lens ad cepae modum lamellata, ex incubentibus sibi stratis seu lamellis orbiculatis composita apparet.

**Figura vicesima quinta.**

*Laminae et fibrae lentis minimae microscopio composito visae et magnum in modum amplificatae.*

*a. a. a. Laminae lentis minimae. b. Fibrae, quae laminas efficiunt et e globulis, in icone leviter impressis, compositae sunt.*



## TABULA QUARTA.

## Figura prima.

*Musculi bulbi oculi sinistri cum musculo levatore palpebrae superioris in situ naturali a latere externo delineati.*

*a. Os frontis. b. Sinus frontalis. c. Maxilla superior. d. Sinus maxillaris. e. Corpus sphenoidale. f. Fissura orbitalis superior. g. Foramen rotundum.*

*h. Dura mater.*

*i. Nervus opticus, in vagina durae matris situs. k. Nervus oculomotorius, duram matrem perforans. l. Nervus trochlearis. m. Nervus trigeminus. n. Ganglion semilunare. o. Ramus primus, p. secundus, q. tertius quinti paris. r. Carotis interna.*

*s. Bulbus oculi. t. Palpebra superior, u. inferior. v. Cornea. w. Scleroticae pars anterior, conjunctiva vestita.*

1. Musculus levator palpebrae superioris. 2. Origo huius musculi, quae membranae cerebri fibrosae circa superiorem foraminis optici marginem adhaeret. 3. Extremitas tendinea anterior lata et plana, quae in laminam anteriorem (4) et posteriorem (5) finditur.

6. Musculus rectus oculi superior, cuius maxima pars levatore palpebrae superioris tegitur. 7. Origo huius musculi, cum tendine musculorum communi et levatore palpebrae superioris cohaerens.

8. Musculus rectus oculi externus. 9. Origo tendinea. 10. Insertio tendinea huius musculi.

11. Musculus rectus oculi inferior. 12. Origo huius musculi.

13. Musculus obliquus oculi superior.

14. Musculus obliquus inferior. 15. Origo e parte antica parietis inferioris orbitae. 16. Insertio, quae maxima parte musculo recto externo tecta est.

## Figura secunda.

*Musculi bulbi oculi sinistri in situ naturali a facie superiore repraesentati.*

Musculus levator palpebrae superioris et rectus oculi superior per medium dissecti sunt eorumque pars anterior reflexa est, quo insertio musculorum obliquorum conspicua sit.

*a. Os frontis. b. Os ethmoidale. c. Corpus ossis sphenoidalis. d. Foramen opticum. e. Ala parva. f. Fissura orbitalis superior.*

*g. Dura mater, quae per foramen opticum et fissuram orbitalem superiorem in orbitam transit, et hic cum periorbita et tendinibus musculorum cohaeret.*

*h. Nervus opticus. i. Chiasmatis sinistra dimidia pars. k. Vagina nervi optici. l. Pars orbitalis nervi optici, e parte conspicua. m. Nervus oculomotorius, duram matrem perforans. n. Nervus trochlearis. o. Nervus trigeminus. p. Ganglion semilunare. q. Ramus primus, r. secundus. s. tertius q. p. t. Carotis interna.*

*u. Bulbus oculi. v. Saccus conjunctivae.*

1. Musculi levatoris palpebrae superioris pars postica. 2. Eiusdem pars antica et reflexa.

3. Musculi recti oculi superioris pars postica, levatore palpebrae superioris tecta. 4. Musculi recti oculi superioris pars antica reflexa. 5. Musculus obliquus superior. 6. Origo, quae cum vagina nervi optici cohaeret. 7. Caro eiusdem musculi. 8. Trochlea. 9. Ligamentum trochleae. 10. Pars tendinea, quae dispersis fibris in membrana sclerotica evanescit.

11. Insertio musculi obliqui inferioris.

12. Musculus rectus oculi externus.

13. Musculus rectus oculi inferior, minima tantum parte conspicuus.

14. Musculus rectus oculi internus.

## Figura tertia.

*Periorbita, origines musculorum bulbi, musculus obliquus superior et musculus tensor tarsi sinistri lateris ab exteriori facie exhibiti.*

Bulbus oculi cum maxima musculorum parte amotus est, et palpebrae per medium ad perpendiculum dissectae sunt.

*a. Os frontis. b. Sinus frontalis. c. Ala parva ossis sphenoidalis. d. Corpus ossis sphenoidalis. e. Foramen opticum. f. Fissura orbit. sup. g. Processus pterygoideus. h. Maxilla superior. i. Sinus maxillaris. k. Integumenta frontis, et l. maxillae superioris. m. Palpebra superior, n. inferior. o. Rima palpebrarum.*

1. Musculus orbicularis palpebrarum ab interiori facie visus.

2. Musculus tensor tarsi s. musc. sacci lacrimalis.

3. Musculi obliqui inferioris origo.

4. Musculus obliquus superior. 5. Huius origo. 6. Trochlea huius musculi. 7. Ligamentum trochleare. 8. Tendinea musculi extremitas persecta. 9. Vagina mucosa intra trochleam.

10. Tendo musculorum communis. 11. Musculus rectus oculi inferior, 12. externus, 13. superior, 14. Levator palp. sup.

15. Dura mater. 16. Eius continuatio per foramen opticum. 17. Vagina nervi optici. 18. Periorbita. 19. Dura mater per fissuram orb. sup. in orbitam ingrediens et cum periorbita cohaerens.

20. Periorbita, continua periosteo maxillae inferioris per fissuram orbitalem inf. 21. Periorbitae transitus in periosteum maxillae superioris, et 22. ossis frontis.

## Figura quarta.

*Arteriae ophthalmicae sinistralae cursus oculis ab exteriori parte propositus.*

Rectus oculi externus dissectus et reclinatus, glandula lacrimalis amota est.

*a-u. easdem partes significant, ut in figura prima.*

*v. Rima palpebrarum. w. Supercilium.*

*x. Rectus oculi externus, cuius postica pars reclinata est. y. Eiusdem musculi pars antica. z. Rectus oculi inf. a. Rectus oculi internus. β. Obliquus superior. γ. Rectus oculi sup. δ. Levator palp. sup. ε. Obliquus inferior.*

1. Arteriae ophthalmicae truncus, infra nervum opticum per foramen opticum ad orbitam migrans. 2. Locus, ubi arteria ophthalmica nervum opticum ad latus eius externum subit. 3. Continuatio trunci, qui transverse supra nervum opticum inter hunc et musculum rectum oculi sup. prodit. 4. Cursus serpentinus ad parietem int. orbitae.

Rami arteriae ophthalmicae, quae hac in figura perspicuntur, sunt:

5. Arteria ciliaris postica prima.

6. Duae arteriae ciliares aliae, quarum altera arteriam centralem retinae edit.

7. Arteria lacrimalis, quae ramulum (8) ad musc. rectum oculi superiorem, et alterum (9) ad musc. rectum oculi internum mittit.

10. Trunculi art. lacrim. continuatio persecta.

11. Arteria muscularis inferior. 12. Ramulus ad m. rectum oculi int. 13. Situs huius arteriae sub nervo optico. 14. Ramulus ad musc. rect. inf., 15. ad obliquum inferiorem.

16. Arteria supraorbitaria s. muscularis superior. 17. Eius decursus supra levatorem palpebrae sup. 18. Exitus per foramen frontalem. 19. Distributio huius arteriae in cutem frontis (Comp. tab. I. fig. 8). 20. Ramulus art. ophthalmicae pro musculo obliquo superiore.



**Figura quinta.**

*Arteriae ophthalmicae sinistrae cursus a superioribus explanatus.*

*a-c.* Easdem partes significant, ut in figura secunda.

*w.* M. levatoris palpebrae superioris et recti oculi superioris partitulae. *x.* Origo horum musculorum, quorum maxima pars amota est. *y.* Musculus obliquus superior, cuius venter excisus est, quo situs art. ophthalmicae infra hunc musculum in interno orbitae pariete patefiat. *z.* Trochlea. *a.* Tendo musculi trochlearis. *β.* M. rectus oculi internus. *γ.* M. rectus oculi inferior. *δ.* M. rectus oculi externus. *ε.* M. obliquus inf. *ζ.* Glandula lacrimalis.

1. Arteria ophthalmica. 2. Cursus huius arteriae sub nervo optico. 3. Situs art. ophth. in latere externo nervi optici. 4. Continuatio trunci art. ophth. supra nervum opticum. 5. Cursus huius arteriae serpentinus ad parietem internum orbitae.

Rami arteriae ophthalmicae, hac in figura perspicui, sunt:

6. Arteria ciliaris posterior prima, e qua prodit: 7. Arteria centralis retinae.

8. Arteria ciliaris posterior altera, et

9. Arteria ciliaris posterior tertia.

10. Arteria lacrimalis, quae ramulum (11) ad musculum rectum oculi sup. et levatorem, et alterum (12) ad musculum rectum oculi externum mittit. 13. Trunculus art. lacrimalis.

14. Arteria muscularis inferior, quae ramulum (15) musculo recto interno, et alium surculum (16) musculo recto inferiori mittit, tum sub nervo optico progreditur et ramulum (17) musculo obliquo inferiori dat.

18. Surculus pro musculo obliquo superiore.

19. Arteria supraorbitaria. 20. Eius ramificatio.

21. Arteria ethmoidalis posterior.

22. Arteria ethmoidalis anterior.

23. Continuatio trunci art. ophth.

Conf. haec figura cum fig. octava tab. I.

**Figura sexta.**

*Venae ophthalmicae orbitae sinistrae a latere externo repraesentatae.*

*a.* Os frontis. *b.* Sinus frontalis. *c.* Maxilla superior. *d.* Sinus maxillaris. *e.* Processus pterygoideus. *f.* Ala magna ossis sphenoidalis. *g.* Foramen rotundum. *h.* Fissura orbitalis superior.

*i.* Nervus opticus. *k.* Pars cerebralis. *l.* Pars orbitalis nervi optici. *m.* Bulbus oculi.

*n.* Glandula lacrimalis.

*o.* Musculus levator palpebrae superioris. *p.* M. rectus oculi superior. Amborum musculorum pars media resecta est, quo cursus venae ophthalmicae cerebrialis pateat.

*q.* Rectus oculi internus.

*r.* Rectus oculi inferior.

*s.* Obliquus inferior.

1. Vena facialis anterior.

2. Vena ophthalmica facialis, quae cum vena sphenopalatina (3) se coniungit.

Rami venae ophthalmicae facialis sunt:

4. Venae musculares inferiores.

5. Venae ciliares posticae inferiores externae.

6. Vena zygomatica.

7. Vena ophthalmica cerebrialis.

Rami venae ophthalmicae cerebrialis sunt:

8. Vena palpebralis.

9. Vena ciliaris vorticososa.

10. Venae musculares superiores.

11. Venae lacrimales.

12. Vena muscularis externa.

13. Vena, quae coniunctionem cum vena ophthalmica faciali init.

14. Vena supraorbitaria.

15. Sinus cavernosus.

**Figura septima.**

*Vena ophthalmica cerebrialis sinistra a superioribus descripta.*

*a.* Os frontis. *b.* Os ethmoidale. *c.* Corpus sphenoidale. *d.* Foramen opticum.

*e. e.* Nervus opticus.

*f.* Bulbus oculi. *g.* Glandula lacrimalis. *h.* Facies interna integumentum frontis.

*i.* Musculi levatoris palpebrae sup. et recti oculi superioris pars anterior. *k.* Horum musculorum pars post. Pars media est remota, quo decursus venae ophthalmicae supra n. opt. pateat. *l.* M. obliquus superior. *m.* Trochlea. *n.* M. rect. oculi internus. *o.* M. rectus inferior. *p.* M. rectus externus.

1. Vena frontalis. 2. V. dorsalis narium. 3. V. supraciliaris. 4. Truncus venae facialis anterioris.

5. Vena ophthalmica cerebrialis, in situ suo infra trochleam conspicua. Haec vena, decurrens a cantho oculi interno tractu serpentino inter nervum opticum et m. rectum oculi sup. usque ad fissuram orbit. sup., recipit sequentes ramulos:

6. Venulam palpebralem.

7. Venam ciliarem vorticosam.

8. Venas musculares internas.

9. V. musculares superiores.

10. Venam ciliarem vorticosam ext.

11. Venas lacrimales.

12. Venas muscul. externas e musc. recto oculi ext.

13. V. e musculo recto oculi sup.

14. Coniunctio venae ophthal. cerebr. cum vena ophthalmica faciali.

15. Vena supraorbitaria.

16. Sinus cavernosus.

**Figura octava.**

*Nervi orbitae a superioribus delineati.*

*a-g.* ut in figura secunda.

*h.* Bulbus oculi.

*i.* Glandula lacrimalis.

*k.* M. rectus oculi externus. *l.* M. levator palpebrae superioris. *m.* M. rectus oculi superior. *n.* M. rectus oculi inferior. *o.* M. rectus oculi internus. *p.* M. obliquus superior. *q.* Trochlea. *r.* Carotis interna. *s.* Arteria supraorbitaria.

1. Nervus opticus. 2. Pars cerebralis. 3. Chiasmatis dimidia pars. 4. Pars orbitalis.

5. Nervus oculomotorius, qui per proprium durae meningis foramen e calvaria abit. 6. Cursus huius nervi in latere rami ophthalmici quinti paris interno. 7. Ramulus pro musculo obliquo inferiore.

8. Nervus trochlearis. 9. Decursus huius nervi supra ramum ophthalmicum q. p. 10. Rami, qui in musculo trochleari diffunduntur. 11. Nervus trigeminus. 12. Ganglion semilunare. 13. Ramus tertius, 14. secundus, 15. primus s. ophthalmicus, qui per fissuram orbitalem sup., hic apertam, orbitam init. 16. Nervus frontalis, qui in ramum frontalem (17) et ramum supratrochlearem (18) finditur.

19. Nervus lacrimalis.

20. Nervus nasociliaris. 21. Nervulus ciliaris. 22. Nervus ethmoidalis. 23. Nervus infratrochlearis.

**Figura nona.**

*Nervi orbitae sinistrae a latere externo delineati.*

*a-g.* ut in figura huius tab. prima.



*h.* Bulbus oculi. *i.* Musculus rectus oculi externus, per medium ad perpendicularum dissectus. Posterior eius pars ita est reflexa, ut distributio nervi abducentis pateat; anterior particula antrorsum posita est. *k.* M. obliquus inferior. *l.* M. rectus oculi inferior. *m.* M. rectus oculi internus, maiori ex parte conspicuus, quia nervi optici particula resecta est. *n.* M. obliquus superior. *o.* M. rectus oculi superior. *p.* M. levator palpebrae sup.

*q.* Carotis interna.

1. Nervus opticus. Partis huius nervi orbitalis portiuncula amota est, quo anastomoses nervorum aliquot ciliarium e ganglio ophth. cum nervulis ciliaribus e nervo nasociliari perspiciantur.

2. Nervus oculomotorius. 3. Huius decursus intra duram meningem. 4. Ramus superior pro musculo recto oculi sup. et levatore palp. sup. 5. Ramus inferior, qui dividitur in quatuor surculos, quorum primus ad musculus rectum internum abit, secundus (6) in musculo recto inferiore dissipatur, tertius (7) ad musculus obliquum inferiorem et quartus (8) ad ganglion ophthalmicum mittitur.

9. Nervus trochlearis.

10. Nervus trigeminus. 11. Ganglion semilunare. 12. Ramus quinti paris tertius, 13. secundus, 14. primus s. ophthalmicus, e quo originem ducunt:

15. Nervus frontalis.

16. Nervus lacrimalis, hic dissectus.

17. Nervus nasociliaris, e quo prodeunt:

18. Radix longa ganglii ophthalmici.

19. Nervi aliquot ciliares.

20. Nervus ethmoidalis.

21. Nervus infratrochlearis.

22. Ganglion ophthalmicum. Radices ganglii sunt: *a.* radix longa (18), *b.* radix brevis (8) et *c.* radix media s. mollis (23).

E gangliolo ophth. originem ducunt:

24. Fasciculus superior nerv. ciliarium.

25. Fasciculus inferior. Nonnulla filamenta huius fasciculi sub nervo optico ad eisdem latus internum migrant et coniunctiones (26) ineunt cum nervulis ciliaribus e n. nasociliari. Hae anastomoses hac in figura perspiciuntur, quoniam particula nervi optici amota est.

27. Nervus abducens.

#### Figura decima.

*Orbitae viri adulti ad horizontem dissectae.*

Ad sinistram bulbum oculi secundum axem et nervum opticum ad horizontem divisi; ad dextram integer bulbus et nervus opticus cum vagina sua in situ naturali adparent.

*a.* Ossa narium. *b.* Processus frontalis ossis maxillaris. *c.* Cellulae ethmoidales anteriores, *d.* mediae, *e.* posteriores. *f.* Sep-

tum narium. *g.* Corpus ossis sphenoidalis, dura matre vestitum. *h.* Radix inferior alae parvae oss. sphen. *i.* Foramen opticum. *k.* Fissura orbitalis sup. *l.* Ala magna ossis sphen. *m.* Os zygomaticum.

*n.* Carotis interna dextra, et *o.* sinistra.

*p.* Nervus opticus dexter, et *q.* sinister.

*r.* Vagina nervi optici, ad dextram clausa, ad sinistram aperta.

*s.* Rectus oculi externus, et *t.* internus.

*u.* Bulbus oculi dexter integer. *v.* Bulbus oculi sinister dissectus (Conf. haec fig. cum fig. 4, tab. II.). *w.* Coniunctiva bulbi.

*x.* Coniunctiva palpebrarum.

*y.* Palpebra superior, ad horizontem dissecta.

*z.* Musculus orbicularis palpebrarum. *a.* M. levator labii superioris alaeque nasi. *β.* M. procerus Santorini. *γ.* Adeps orbitae.

#### Figura undecima.

*Dispositio fibrarum decussationis nervorum opticorum.*

*a.* Nervus opticus dexter, *b.* sinister.

*c.* Partes cerebrales, *d.* orbitales nervorum opticorum.

*e.* Fibræ primitivae, *f.* decussatae, *g.* arcuatae cerebrales, *h.* arcuatae orbitales chiasmatis nervorum opticorum.

#### Figura duodecima.

*Orbita et partes oculi sinistri ad perpendicularum ab anterioribus ad posteriora dissectae.*

*a.* Os frontis. *b.* Sinus frontalis. *c.* Ala parva ossis sphenoidalis. *d.* Processus pterygoideus ossis sphen. *e.* Fossa pterygopalatina. *f.* Maxilla superior. *g.* Antrum Highmori. *h.* Canalis infraorbitalis. *i.* Foramen infraorbitale. *k.* Palpebra superior, *l.* inferior. *m.* Musculus palpebrarum orbicularis. *n.* Tarsus superior, *o.* inferior. *p.* Rima palpebrarum. *q.* Coniunctiva palpebrarum. *r.* Coniunctiva scleroticae, *s.* corneae.

*t.* Cornea. *u.* Sclerotica. *v.* Chorioidea. *w.* Iris. *x.* Retina. *y.* Corpus vitreum. *z.* Canalis Petiti. *a.* Lens.

*β.* Nervus opticus, prope bulbum ad perpendicularum divisus, in parte posteriore integer relictus.

*γ.* Vagina nervi optici.

*δ.* Periorbita.

*ε.* Musculus levator palpebrae sup. *ζ.* Tendo anterior, *η.* posterior.

*θ.* Rectus oculi superior, *ι.* inferior. *κ.* Obliquus inferior.

*λ.* Adeps oculi.

*μ.* Nervus frontalis, ad longitudinem dissectus.

*ν.* N. infraorbitalis.

*ξ.* N. oculomotorius, dissectus prope ad orbitam.

## TABULA QUINTA.

#### Figura prima.

*Auriculae sinistrae viri adulti forma.*

*a. a. a.* Helix. *b.* Crus helicis s. finis helicis anterior, quo concha auris in partem superiorem et inferiorem dividitur. *c.* Finis posterior, qui in lobulum auriculae terminatur. *d.* Anthelix. *e.* Eius crus superius, et *f.* inferius. *g.* Anthelicis finis, qui cum antitrago iungitur.

*h.* Tragus.

*i.* Antitragus.

*k.* Incisura intertragica.

*l.* Scapha s. fossa scaphoidea.

ii.

*m.* Fossa triangularis s. innominata.

*n.* Concha auriculae. *o.* Inferior et anterior conchae pars, quae meatui auditorio externo continuatur.

*p.* Incisura auriculae.

*q.* Lobulus auriculae.

#### Figura secunda.

*Foramina glandularum sebacearum auriculae sinistrae.*

Cutis auriculae epidermide denudata est, quo clarius ostiola glandularum conspiciantur.

*a-g.* ut in figura prima.



r. Foramina glandularum sebacearum maiora, s. minora, conf. fig. 18 huius tabulae.

#### Figura tertia.

*Cartilago auriculae sinistrae ab exterioribus exhibita.*

Cutis, muscoli, nervi et vasa auriculae amota sunt, ut forma cartilaginis distincte pateat.

- a. Helix. b. Crus helices. c. Spina helices.  
d. Anthelix. e. Eius crus superius, f. inferius.  
g. Tragus.  
h. Antitragus.  
i. Spina cartilaginis auriculae.  
k. Fossa scaphoidea.  
l. Fossa innominata.  
m. Concha auris.  
n. Incisura intertragica.  
o. Incisura auriculae.  
p. Pars cartilaginea meatus auditorii externi, e tribus cartilaginibus, partim inter se iunctis, composita.

#### Figura quarta.

*Cartilago auriculae cum meatu auditorio ab anterioribus et inferioribus delineata.*

- a. Squama ossis temporum, cuius anterior pars remota est.  
b. Fissura Glasseri. c. Pars tympanica ossis temporum, quae parietem anteriorem et inferiorem meatus aud. externi constituit.  
d. Processus styloides. e. Processus mastoideus.  
f. Annulus cartilagineus, qui anteriorem et inferiorem pori acustici externi partem cingit.  
g. Cartilago tertia, h. media, et i. prima meatus auditorii externi.  
k. Tragus. l. Antitragus.  
m. Helix. n. Spina helices. o. Crus helices.  
p. Anthelix. q. q. Eius crura. r. Spina cartilaginis.  
s. Fossa scaphoidea.  
t. Fossa innominata. u. Eius dorsum.  
v. Concha auris. w. Dorsum cavitatis superioris conchae.  
x. Incisura intertragica.

#### Figura quinta.

*Cartilago auriculae cum meatu auditorio externo ab exterioribus exhibita.*

Tragus cum cartilagine meatus auditorii externi prima ablatus est, ut ratio partis cartilagineae ad partem osseam huius canalisperspiciatur.

- a. Squamae ossis temporum facies externa. b. Processus zygomaticus. c. Fossa articularis. d. Processus mastoideus. e. Porus acusticus externus. f. Cutis meatus auditorii externi ossei.  
g. Pars cartilaginea huius canalisperspiciatur. h. Cartilago tertia, i. media huius partis.  
k. Antitragus.  
l. Helix. m. Eius crus, et n. spina.  
o. Anthelix. p. p. Huius crura.  
q. Spina cartilaginis auriculae.  
r. Fossa scaphoidea. s. Fossa innominata. t. Concha auris.

#### Figura sexta.

*Cartilago auriculae sinistrae a facie interiore delineata.*

- a. Dorsum helices. b. Spina helices.  
c. Dorsum fossae scaphoideae.  
d. Incisura, quae anthelici respondet. e. Dorsum cruris superioris, f. inferioris anthelici. g. Fossae innominatae dorsum.

- h. Dorsum partis superioris, et i. inferioris conchae auriculae.  
k. Ponticulus, qui utramque partem connectit.  
l. Pars cartilaginea meatus aud. ext. m. Cutis, hanc vestiens.

#### Figura septima.

*Musculi auriculae sinistrae ab interna eius facie descripti.*

- a-l. ut in figura priori.  
m. Musculus attollens auriculae s. superior. n. Fibrae musculares, quae e galea aponeurotica originem ducunt. o. Pars tendinea, quae in dorso foveae innominatae inseritur.  
p. Musculus attrahens s. anterior auriculae. q. Tendo huius musculi. r. r. Musculi retrahentes, seu posteriores auriculae. s. s. Tendines, quorum unus in partem superiorem et alter in partem conchae inferiorem immittitur. t. Musculus transversus auriculae, qui a conchae dorso oritur et in dorso helices inseritur.  
u. Musculus obliquus auriculae, inter dorsum fossae innominatae et conchae auris conspicuus.

#### Figura octava.

*Musculi auriculae sinistrae a facie exteriori delineati.*

- a-o. ut in figura tertia.  
p. Musculus attrahens. q. M. attollens. r. r. r. Musculi retrahentes.  
s. Musculus helices maior, qui a spina helices exordium tendineum sumit, et in dorsum partis helices superioris finitur.  
t. Musculus helices minor.  
u. Musculus tragicus.  
v. Musculus antitragicus.

#### Figura nona.

*Arteriae auriculae sinistrae ab exterioribus exhibitae.*

- a. Helix. b. Anthelix. c. Tragus. d. Antitragus. e. Lobulus auriculae. f. Fossa scaphoidea. g. Fossa innominata. h. Incisura intertragica. i. Concha auris.  
k. Carotis externa. l. Arteria maxillaris interna truncata. m. Arteria temporalis.  
n. Arteria auricularis profunda, quae ramulos suos ad tragus et lobulum auriculae mittit.  
o. o. Arteriae auriculares anteriores. p. Ramuli, qui anteriori helices parti prospiciunt. q. Ramus, qui ad faciem auriculae internam spectat (conf. fig. 10).  
r. r. r. Rami arteriae auricularis posterioris, qui cartilagineum auriculae perforant, et in exteriorem auris superficiem disperguntur (conf. fig. seq.).

#### Figura decima.

*Arteriae auriculae sinistrae ab eius facie interna delineatae.*

- a-m. ut in fig. sexta.  
n. Carotis externa. o. Arteria maxillaris externa. p. Arteria temporalis. q. Arteria auricularis anterior, quae maxima parte ad faciem posteriorem et interiorem auriculae spectat. r. Ramus, qui in partem superiorem auriculae distribuitur. s. Ramus, se coniungens cum ramo arteriae auricularis posterioris.  
t. t. Rami arteriae auricularis posterioris. u. Horum anastomosis. v. Rami arteriae auricularis post., qui maxime posterioris faciei parti prospiciunt. w. w. Rami, qui cartilagineum perforant et ad faciem auriculae externam tendunt (conf. fig. 9. r. r. r.).

#### Figura undecima.

*Venae auriculae sinistrae, ab interioribus explanatae.*

- a-m. ut in figura sexta.



*n.* Vena facialis posterior. *o.* Vena maxillaris interna. *p.* Vena temporalis superficialis.

*q.* Vena auricularis profunda.

*r.* Vena auricularis anterior.

*s.* Vena supraauricularis, quae auriculares superiores (*t.t.t.*) recipit. *u.u.* Venae auriculares posteriores, quae in venam retroauriculam (*v*) immittuntur. Coniunctio huius venae cum vena supraauriculari.

*w.w.w.* Anastomoses parvae venarum auricularium.

*x.* Anastomosis magna venae auricularis profundae cum vena supraauriculari, in dorso helicis et ambitu auriculae sita.

*y.y.y.* Venulae minimae in superficie posteriore cartilaginis auriculae conspicuae.

#### Figura duodecima.

*Nervi auriculae sinistrae.*

*a-m.* ut in figuris prioribus.

*n.* Musculi retrahentes.

*o.* Lobulus auriculae. *p.* Cutis anterioris partis auriculae.

1. Nervus auricularis anterior s. temporalis superficialis. 2. Rami communicantes cum nervo faciali persecti. 3. Ramus meatus auditorii externi, qui partim ad parietem inferiorem, partim ad superiorem (4) meatus aud. ext. tendit. 5. 5. Rami auriculares anteriores. 6. 6. Rami temporales superf.

7. Ramus auricularis nervi vagi, qui in cutem conchae auris et meatus aud. ext. dispergitur.

8. Nervus auricularis posterior e nervo faciali. 9. Eius ramus occipitalis. 10. Ramulus ad musculus retrahentem auriculae pertinet. 11. Ramuli communicantes cum nervo auriculari magno.

12. Nervus auricularis magnus. 13. 13. Eius rami faciales. 14. 14. Rami, qui coniunguntur cum nervo auriculari posteriore, hic percussi. 15. 15. Rami auriculares, maxima parte ad cutem, qui auriculam obducit, tendentes. 16. 16. Nonnulli ramuli ad musculos retrahentes spectantes. 17. 17. Rami lobuli auriculae. 18. 18. Rami in dorso helicis ad posteriora tendentes. 19. Rami, qui supra tendines musculorum retrahentium currunt et ad superiora spectant. 20. Ramus infra tendines musculorum retrahentium in dorso conchae auris versus anteriora auriculae tendens.

#### Figura decima tertia.

*Meatus auditorius externus sinistrae auris ab anterioribus visus.*

*a.* Squama ossis temporum. *b.* Pars petrosa ossis temporum.

*c.* Processus styloides. *d.* Parotis percussa.

*e.* Auricula externa, cuius anterior pars sectione ad perpendiculum facta ablata est, ut continuatio conchae auris cum meatu auditorio externo perspicua sit. *f.* Helix. *g.* Anthelix. *h.* Lobulus auriculae. *i.* Antitragus. Tragus maxima parte amotus est. *k.* Concha auris. *l.l.* Meatus auditorius externus, qui a superioribus ad inferiora persectus est, ut curvaturae huius canalise pateant. *m.* Cartilago prima, *n.* media, *o.* tertia partis cartilagineae meatus auditorii externi.

*p.p.* Pars ossea huius canalise.

*q.* Curvatura prima, *r.* secunda, *s.* tertia.

*t.* Cutis, meatum auditorium externum vestiens. *u.* Glandularum ceruminosarum aperturae.

*v.* Membranae tympani facies externa.

#### Figura decima quarta.

*Arteriae et nervi meatus auditorii externi auris sinistrae ab anterioribus repraesentati.*

*a.* Squama ossis temporum. *b.* Pars petrosa ossis temporum.

*c.* Pariet superior meatus auditorii externi ossei.

*d.* Auricula. *e.* Eius helix. *f.* Anthelix. *g.* Tragus. *h.* Antitragus. *i.* Fossa scaphoidea. *k.* Fossa innominata. *l.* Incisura auris. *m.* Incisura intertragica. *n.* Concha auris. *o.* Lobulus auriculae. *p.* Cutis meatus auditorii externi. *q.* Pariet eius anterior incisus est, sic ut membrana tympani (*r*) perspicui possit. *s.* Capitulum mallei, in fovea cavitatis tympani propria, quae hic aperta est, situm.

1. Arteria carotis externa. 2. Arteria temporalis. 3. Arteria auricularis anterior.

4. Arteria maxillaris interna. 5. Arteria auricularis profunda, quae ex angulo arteriae temporalis et maxillaris internae originem ducit. 6. Arteria meatus auditorii externi. 7. Arteria tympanica, quae per fissuram Glasseri cavitatem tympani intrat.

8. Arteria alveolaris inferior. 9. Arteria meningea media.

10. Truncus continuatus art. maxillaris internae.

11. Truncus quinti paris. 12. Ganglion Gasseri. 13. Ramus primus, 14. secundus, 15. tertius q. p. 16. Nervus lingualis. 17. Nervus alveolaris inferior. 18. Nervus auricularis anterior s. temporalis superficialis. 19. 19. Ambae radices huius nervi, quae arteriam spinosam plerumque ambiunt.

20. Ramus meatus auditorii externi. 21. Filum ad parietem ant. pertinet. 22. 22. Filamenta, quae membranae tympani prospiciunt. 23. 23. Fila, quae ad cutem meatus aud. ext. pertinent. 24. Filamentum, quod supra parietem sup. extrorsum vertitur.

25. Rami communicantes cum nervo faciali.

26. 26. Rami auriculares anteriores. 27. Nervus temporalis superficialis.

#### Figura decima quinta.

*Facies interna cutis meatus auditorii externi.*

Magnitudo lente vitrea aucta est.

*a.* Ostiola maiora, et *b.* minora glandularum sebacearum meatus auditorii externi.

#### Figura decima sexta.

*Superficies exterior eiusdem particulae cutis meatus auditorii externi.*

Magnitudo item aucta.

*a.* Glandulae sebaceae maiores, et *b.* minores, quibus cutis meatus aud. externi referta est.

#### Figura decima septima.

*Glandulae ceruminosae meatus auditorii externi.*

Cutis meatus auditorii externi a superficie interna ad externam est dissecta eiusque magnitudo microscopio composito adaucta.

*a.* Folliculi glandularum sebacearum maiorum. *b.* Ductus harum glandularum. *c.* Eorum ostiola. *d.* Folliculi minores. *e.* Pili, quibus meatus auditorius in principio obsitus est.

#### Figura duodevicesima.

*Glandulae sebaceae auriculae.*

Magnitudo lente parum est aucta.

*a.* Cartilago auriculae. *b.* Facies libera cutis. *c.* Folliculi simplices maiores. *d.* Horum ostiola.

#### Figura undevicesima.

*Membranae tympani auris sinistrae facies exterior.*

*a.* Massa ossea in ambitu membranae tympani sita. *b.* Foveola cavitatis tympani, in qua capitulum mallei (*c*) sedet. *d.* Processus brevis, et *e.* Manubrium mallei. *f.* Facies exterior membranae tympani. *g.* Umbo huius membranae. *h.* Cutis meat. aud. ext.



**Figura vicesima.**

*Membranae tympani auris sinistrae facies interior.*

- a.* Substantia ossea, quae membranam tympani circumdat. *b.* Foveola cavitatis tympani. *c.* Caput mallei. *d.* Facies articularis. *e.* Collum. *f.* Processus spinosus. *g.* Manubrium. *h.* Membranae tympani facies interna. *i.* Umbo huius membranae. *k.* Eius annulus membranaceus.

**Figura vicesima prima.**

*Membrana tympani per medium et ad perpendicularum dissecta.*

- a.* Cavitas tympani. *b.* Meatus auditorius externus. *c.* Sulcus membranae tympani. *d.* Periosteum cavitatis tympani. *e.* Meatus auditorius externus. *f.* Annulus tumidulus membranaceus tympani, in sulco tympani, quo utrumque periosteum confluit, situs. *g.* Umbo membranae tympani.

**Figura vicesima secunda.**

*Laminae membranae tympani auris sinistrae a parte exteriori exhibitae.*

Magnitudo bis aucta.

- a.* Membrana mucosa cavitatis tympani cum periosteo. *b.* Cutis meatus auditorii externi cum periosteo. *c.* Capitulum mallei. *d.* Collum, *e.* processus brevis mallei. *f.* Manubrium mallei inter laminae membranae tympani situm. *g.* Annulus membranaceus tympani, qui in sulcum tympani in-

cluditur. *h.* Epidermis membranae tympani. *i.* Lamina fibrosa externa, *k.* interna, quae tunicam mediam constituunt. Haec fibris a periphēria ad centrum convergentibus insignita est.

**Figura vicesima tertia.**

*Arteriae membranae tympani auris dextrae infantis neonati a parte cavitatis tympani delineatae et quinque adauctae.*

- a.* Annulus membranae tympani. *b.* Apex manubrii mallei. *c.* Arteria tympanica ex arteria stylo-mastoidea. *d. d.* Arteria tympanica e maxillari interna, quae per fissuram Glasseri in cavitatem tympani intrat. *e. e.* Arteriae tympanicae ex auriculari profunda. *f. f. f.* Circulus arteriosus tympani maior s. externus, *g.* minor s. centralis. *h.* Trunculus, qui secundum manubrium mallei currit. *i.* Vasa, a periphēria ad centrum convergentia. *k. k.* Anastomoses vasorum. *l. l. l.* Vasa minima membranae tympani.

**Figura vicesima quarta.**

*Venae membranae tympani auris dextrae infantis neonati a facie interiore exhibitae itemque amplificatae.*

*a et b.* ut in figura priori.

- c.* Venae tympanicae tres maiores, quae ad superiora et posteriora secundum manubrium mallei a centro membranae tendunt, inter se connectuntur et surculos a periphēria accipiunt. *d.* Circulus minor venarum tympani. *e.* Circulus maior, plexiformis venarum tympani. *f. f. f.* Venae maiores et minores, quae per membranam tympani currunt et retia, cum maiora tum minora constituunt.

**TABULA SEXTA.****Figura prima.**

*Cavitas tympani et tuba Eustachiana cum fovea cochleariformi a superioribus delineatae.*

Paries superior cavitatis tympani et tubae Eustachianae ossis temporis sinistri amotus est.

**A.** Squama s. pars squamosa ossis temporum. *a.* Facies interna, *b.* externa squamae. *c.* Margo anterior, *d.* superior partis squamosae. *e.* Processus zygomaticus.

**B.** Pyramis s. pars petrosa ossis temporum. *f.* Basis pyramidis s. pars sic dicta mammillaris ossis temporum. *g.* Processus mammillaris s. mastoideus. *h.* Fossae sigmoideae pars suprema. *i.* Corpus pyramidis. *k.* Sulcus petrosus superior. *l.* Tuberculum canalis semicircularis superioris. *m.* Hiatus canalis Fallopie. *n.* Apex pyramidis.

**C.** Partis tympanicae facies interna, hic perspicua, quia lacunar cavitatis tympani amotum est. *o.* Sulcus membranae tympani. *p.* Paries inferior cavitatis tympani. *q.* Tuba Eustachiana. *r.* Canalis cochleariformis pro musculo tensore tympani, a superioribus apertus. *s.* Aditus cellularum mastoidearum.

**Figura secunda.**

*Cavitas tympani, tuba Eustachiana ossea, fovea cochleariformis et cellulae mastoideae ab exteriori parte exhibitae.*

Pars squamosa ossis temporis sinistri ab anterioribus ad posteriora ad perpendicularum serra sic divisa est, ut cellulae mastoideae, cavitas tympani, fovea pro musculo tensore tympani et tuba Eustachiana pateant.

*a.* Basis pyramidis. *b.* Corpus. *c.* Apex. *d.* Apertura anterior canalis carotici.

*e.* Facies superior. *f.* Hiatus canalis Fallopie. *g.* Tuberculum canalis semicircularis superioris.

*h.* Facies pyramidis inferior. *i.* Fossa iugularis. *k.* Processus styloides. *l.* Processus mastoidei.

*m.* Particula parietis posterioris et inferioris meatus auditorii externi.

*n.* Cavitatis tympani paries internus. *o.* Promontorium. *p.* Fenestra semiovalis s. vestibularis. *q.* Fenestra rotunda s. cochlearis. *r.* Canalis tympanicus, partim duplex.

*s.* Eminentia papillaris cum foramine pro tendine muscoli stapedis. *t.* Apertura canalis pro chorda tympani.

*u.* Cellulae mastoideae.

*v.* Tuba Eustachiana ossea. *w.* Eius apertura anterior.

*x.* Canalis s. fovea cochleariformis. *y.* Huius apertura pro tendine muscoli mallei. *z.* Cellulae tympanicae, in fundo cavitatis tympani sitae.

**Figura tertia.**

*Cavitas tympani, tuba Eustachiana, fovea pro musculo stapedio, et cellulae mastoideae ab exterioribus descriptae.*

Oss temporis sinistri serra ab anterioribus ad posteriora, a superioribus ad inferiora ita divisum est, ut canalis Fallopie apertus sit et fovea pro musculo stapedio cum eminentia papillari perspiciatur.

*a-g.* ut in figura secunda.

*h.* Apertura interna canalis Fallopie. *i.* Tractus huius canalis.

*k.* Apertura inferior s. foramen stylo-mastoideum.

*l.* Fovea pro musculo stapedio. *m.* Eminentia papillaris, ad perpendicularum dissecta.

*n.* Sinus tympani. *o.* Promontorium. *p.* Fenestra rotunda,



q. semiovalis. r. Canalis tympanicus. s. Fovea cochleariformis.  
t. Tuba Eustachiana. u. Cellulae tympanicae.

**Figura quarta.**

*Malleus auris sinistrae ab interiore parte delineatus.*

Magnitudo ter aucta est.

a. Caput. b. Facies articularis capitis. c. Collum. d. Processus longus s. spinosus. e. Processus brevis s. obtusus. f. Manubrium.

**Figura quinta.**

*Malleus auris sinistrae ab exteriori parte descriptus.*

Magnitudo item aucta est.

a-f. ut in figura quarta.

**Figura sexta.**

*Malleus per longitudinem dissectus.*

Magnitudo aucta ut in figura quarta.

a. Caput. b. Collum. c. Processus brevis. d. Manubrium. e. Cellulae osseae.

**Figura septima.**

*Incus auris sinistrae ab interioribus exhibita.*

Augmentatio eadem est ut in prioribus figuris.

a. Corpus. b. Facies articularis pro capite mallei. c. Processus brevis. d. Facies articularis ovalis, qua hic processus cum eminentia ossea cavitationis tympani coniuncta est (conf. fig. 14). e. Processus longus. f. Ossiculum lenticulare.

**Figura octava.**

*Incus ab exteriori parte repraesentata.*

a-e. ut in figura septima.

**Figura nona.**

*Incus ad longitudinem divisa.*

a-f. ut in figura septima. g. Petiolus, quo ossiculum lenticulare et processus longus inter se cohaerent. h. Cellulae incudis.

**Figura decima.**

*Stapes auris sinistrae a facie superiore delineatus.*

a. Capitulum. b. Collum. c. Crus anteriori posteriore paulo brevius et rectius. d. Crus posteriori, plerumque curvum. e. Sulcus interioris crurum faciei. f. Basis.

**Figura undecima.**

*Stapes ab exteriori parte oculis ita propositus, ut cavitas capituli ossiculo orbiculari destinata, manifestius appareat.*

a. Capitulum. b. Cavitas articularis. c. Crus anteriori, et d. posteriori. e. Basis. f. Margo superior ellipticus. g. Margo inferior rectus.

**Figura duodecima.**

*Basis semiovalis stapedis.*

a. Margo superior, b. inferior. c. Angulus anterior, d. posterior.

**Figura decima tertia.**

*Syntaxis ossiculorum auris sinistrae ab inferiore et exteriori parte spectata.*

a. Mallei caput. b. Collum. c. Processus longus, d. brevis. e. Manubrium.

ii.

f. Incudis corpus, g. processus brevis, h. eius facies articularis, i. processus longus incudis. k. Ossiculum lenticulare.

l. Stapedis capitulum, m. crus anteriori, n. posteriori, o. basis. p. Eius margo inferior, et q. superior.

**Figura decima quarta.**

*Membrana mucosa cavitationis tympani et tubae Eustachianae, situs ossiculorum auris sinistrae eorumque ligamenta, a parte exteriori et anteriori exhibita.*

Os temporis per longitudinem ad perpendicularum, ut in figura secunda, serra divisum, membrana tympani remota et tuba Eustachiana aperta est.

a-m. ut in figura secunda.

n. Membrana mucosa, cavitationem tympani vestiens. o. Promontorium. p. Fenestra rotunda. q. Fenestra semiovalis, basi stapedis clausa. r. Eminentia papillaris. s. Tendo musculi stapedii. t. Aditus cellularum mastoidearum. u. Cellulae mastoideae, membrana mucosa tympani vestitae. v. Tubae Eustachianae pars ossea, w. pars cartilaginea. x. Ostium tympanicum, et y. pharyngeum tubae Eust. z. Superficies interna tubae Eustachianae, quae membrana mucosa obducitur.

a. Malleus. β. Incus. γ. Stapes.

δ. Ligamentum mallei superius s. capituli mallei. ε. Ligamentum incudis superius, ζ. posterius.

**Figura decima quinta.**

*Situs ossiculorum auris sinistrae, eorumque musculi a superioribus descripti.*

Cavitationis tympani et tubae Eustachianae paries superior ablati sunt, foveae musculi tensoris tympani et stapedii atque cellulae mastoideae apertae sunt, pars superior squamae et pyramidis ossis temporum serra amota, quo ossicula auditus cum musculis in syntaxi et relatione sua ad labyrinthum cerni possint.

A. Squama ossis temporum. a. Eius facies interna. b. Processus zygomaticus.

B. Pars petrosa ossis temporum. c. Processus mastoidei. d. Fossa sigmoidea. e. Facies interna pyramidis. f. Apex pyramidis. g. Meatus auditorius internus. h. Cochlea aperta. i. Lamina spiralis. k. Modiolus. l. Scala tympani. m. Scala vestibuli. n. Vestibulum. o. Canalis semicircularis internus. p. Canalis Falloppiae. q. Cellulae mastoideae. r. Tubae Eustachianae paries inferior.

C. Partis tympanicae facies interna. s. Sulcus membranae tympani.

t. Caput mallei.

u. Incudis corpus, v. processus brevis, w. processus longus.

x. Stapedis capitulum, y. crus anteriori, z. crus posteriori. a. basis, in fenestra ovali, quae a superioribus hic aperta est, sita.

β. Musculi tensoris tympani caro, γ. tendo.

δ. Musculi stapedii caro, ε. tendo.

**Figura decima sexta.**

*Cavitas tympani, tuba Eustachiana et ossicula auditus auris sinistrae ab inferioribus repraesentata.*

Pars cranii posterior et sinistra ab imo delineata est. Meatus auditorii ac tympani paries inferior ablati et tuba Eustachiana aperta est, sic ut paries meatus auditorii superior, lacunar cavitationis tympani et tubae Eustachianae, nec non situs ossiculorum auditus conspiciantur.

A. Os occipitis. a. Squama. b. Processus condyloideus. c. Pars basilaris ossis occipitis.

B. Osis sphenoidi ala magna. d. Foramen ovale. e. Foramen spinosum. f. Corpus ossis sphenoidalis.



C. Os temporum. *g.* Squama. *h.* Processus zygomaticus. *i.* Tuberculum articulare. *k.* Cavitas articularis. *l.* Processus mastoideus. *m.* Incisura mastoidea. *n.* Fossa iugularis. *o.* Foramen iugulare. *p.* Apertura inferior canalis carotici. *q.* Fossula petrosa. *r.* Apertura aquaeductus cochleae. *s.* Apex pyramidis.

*t.* Meatus auditorii externi paries superior.

*u.* Cavitas tympani, membrana mucosa obducta. *v.* Eminentia papillaris. *w.* Apertura canalis pro chorda tympani (*x*). *y.* Tendo musculi stapedii. *z.* Tendo musculi mallei.

*a.* Mallei manubrium, *β.* processus brevis.

*γ.* Incudis corpus, *δ.* processus longus.

*ε.* Stapedis capitulum, *ζ.* crus anterior, *η.* posterior.

*θ.* Canalis cochleariformis.

*ι.* Tubae Eustachianae pars ossea, *κ.* pars cartilaginea. *λ.* Ostium tympanicum. *μ.* Ostium pharyngeum, quod tumidulo annulo praeditum est.

*ν.* Membrana mucosa, superficiem internam tubae vestiens.

#### Figura decima septima.

*Cartilago tubae Eustachianae, cavitas tympani, malleus et incus eorumque ligamenta ab interioribus exhibita.*

Pars petrosa ossis temporum cum stapede est ablata, pars ossea tubae Eustachianae aperta, eiusdem pars cartilaginea in situ naturali relicta, ut tympani partes, quae ad exteriora spectant, nec non cartilago tubae Eustachianae, quae parietem internum huius canalis constituit, conspiciantur.

*a.* Squamae ossis temporum facies interna. *b.* Processus mastoideus. *c.* Incisura sigmoidea. *d.* Cellulae mastoideae. *e.* Processus styloides. *f.* Corpus ossis sphenoidalis. *g.* Radix processus pterygoidei.

*h.* Membranae tympani facies interna. *i.* Plica membranae mucosae anterior, *k.* posterior.

*l.* Mallei caput, *m.* collum, *n.* processus longus, *o.* manubrium. *p.* Incudis corpus. *q.* Processus brevis, *r.* longus. *s.* Ossiculum lenticulare.

*t.* Ligamentum incudis posterior. *u.* Ligamentum incudis et mallei superius.

*v.* Paries tubae Eustachianae osseae externus.

*w.* Cartilago tubae. *x.* Extremitas superior, quae tubae osseae inseritur. *y.* Extremitas inferior et anterior, quae tumida et obtusa est. *z.* Margo inferior acutus.

#### Figura duodevicesima.

*Arteriae auris mediae.*

Os petrosus sinistrum cum tuba Eustachiana infantis neonati dispositionem arteriae stylomastoideae, arteriarum tympani et tubae Eustachianae repraesentat. Canalem Fallopie et tubam Eustachianam aperui, ossicula auditus amovi et partem superiorem membranae mucosae tympani sustuli, quo decursus illarum arteriarum pateat.

Magnitudo ter aucta est.

*a.* Facies superior ossis petrosi. *b.* Cellulae mastoideae. *c.* Canalis Fallopie. *d.* Huius apertura superior, *e.* inferior s. foramen stylomastoideum. *f.* Fovea pro musculo stapedio. *g.* Promontorium. *h.* Fenestra semiovalis. *i.* Fenestra rotunda. *k.* Fovea pro musculo tensore tympani. *l.* Ostium tympanicum, et *m.* pharyngeum tubae Eustachianae.

1. Arteria stylomastoidea ex arteria auriculari posteriore. 2. 2. 2. Ramuli mastoidei. 3. Ramulus pro membrana mucosa cavitatis tympani. 4. Arteria tympanica. 5. Ramulus pro musculo stapedio hic ablato.

6. Ramulus ad fenestram semiovalis. 7. Rami meningei.

8. Anastomosis cum arteria meningea media.

9. Arteria auricularis profunda ex arteria maxillari interna. 10. Rami tympanici.

11. Arteria pharyngobasilaris. 12. Ramulus tympanicus. 13. Rami tubae Eustachianae.

14. Rete arteriosum membranae mucosae cavitatis tympani, 15. tubae Eustachianae.

16. Arteria, nervum tympanicum comitans, sub membrana mucosa sita. 17. Ramulus per fenestram ovalem vestibulum intrans.

18. Decursus per foveam cochleariformem. 19. Anastomoses cum arteria meningea media.

#### Figura undevicesima.

*Chorda tympani auris sinistrae cum ganglio otico ab exterioribus delineata.*

Canalis Fallopie est apertus et maxima membranae tympani pars ablata.

*a.* Facies superior pyramidis. *b.* Processus mastoidei. *c.* Cellulae mastoideae. *d.* Canalis Fallopie apertura interna, et *e.* apertura externa seu foramen stylomastoideum. *f.* Canalis pro chorda tympani. *g.* Cavitas tympani. *h.* Membranae tympani pars ima. *i.* Manubrium. *k.* Processus brevis, *l.* longus, *m.* caput mallei. *n.* Incudis corpus, *o.* processus longus, *p.* brevis, cuius apex innititur eminentiae osseae cavitatis tympani. *q.* Musculus tensor tympani.

1. Truncus quinti paris. 2. Ganglion semilunare. 3. Ramus ophthalmicus. 4. R. maxillaris superior, 5. inferior. 6. Nervus buccinatorius. 7. Nervus lingualis. 8. N. alveolaris inferior. 9. Nervus auricularis anterior. 10. Huius radix prima, et 11. altera.

12. Ganglii otici pars posterior. 13. 13. Nervuli anastomotici cum nervo auriculari anteriore. 14. Nervus musculi tensoris tympani. 15. Nervus petrosus superficialis minor e nervo tympanico s. radix longa ganglii otici. 16. Eius coniunctio cum intumescencia nervi facialis.

17. Genu nervi facialis. 18. Nervus petrosus superficialis maior e ramo secundo quinti paris. 19. Decursus nervi facialis per canalem Fallopie. 20. Chorda tympani. 21. Eius introitus in cavitatem tympani. 22. Situs chordae inter malleum et incudem. 23. Exitus huius nervi per fissuram Glasseri. 24. Coniunctio chordae tympani cum nervo linguali.

#### Figura vicesima.

*Nervus tympanicus et ramus auricularis nervi vagi auris sinistrae.*

*a.* Facies superior ossis petrosi. *b.* Processus mastoidei. *c.* Cellulae mastoideae.

*d.* Promontorium. *e.* Fenestra semiovalis, *f.* rotunda.

*g.* Tuba Eustachiana ossea, *h.* cartilaginea.

*i.* Canalis carotici principium.

*k.* Musculus tensor tympani. Eius origo e cartilagine tubae Eustachianae. *l.* Tendo musculi tensoris tympani.

*m.* Musculus stapedius. *n.* Tendo musculi stapedii.

*o.* Carotis interna.

*p.* Vena iugularis interna.

1. Nervus facialis. 2. Eius genu cum intumescencia gangliiformis. 3. Coniunctio cum nervo petroso superficiali maiore. 4. Filum ad nervum acusticum. 5. Coniunctio cum radice ganglii otici longa. 6. Decursus nervi facialis per canalem Fallopie.

7. Chorda tympani prope originem dissecta.

8. Nervus glossopharyngeus. 9. Nervus tympanicus s. Iacobsonii. 10. Filamentum ad fenestram rotundam, 11. ovalem. 12. Filum pro tuba Eustachiana. 13. Eius coniunctio cum plexu carotico (14). 15. Nervus petrosus profundus minor. 16. Nervus petrosus superficialis minor.

17. Ramus auricularis nervi vagi. 18. Eius cursus in facie exteriori bulbi venae iugularis. 19. Decursus per canalem Fal-



lopiæ in facie nervi facialis interna. 20. Decursus rami auricularis per canaliculum mastoideum.

**Figura vicesima prima.**

*Ganglion oticum cum chorda tympani sinistri lateris ab interioribus exhibitum.*

- a. Osis bregmatis margo inferior.  
 b. Ala parva ossis sphenoidalis. c. Sinus sphenoidalis.  
 d. Processus pterygoideus. e. Hamulus pterygoideus.  
 f. Maxillae inferioris pars posterior. g. Angulus maxillae inferioris.  
 h. Squama ossis temporum. i. Cellulae mastoideae. k. Canalis Fallopie.  
 l. Membranae tympani facies interna.  
 m. Manubrium mallei. n. Capitulum mallei.  
 o. Incudis corpus, p. processus brevis, q. longus. r. Ossiculum lenticulare.  
 s. Musculus tensor tympani.  
 t. Auriculæ sinistrae facies posterior.  
 u. Parotis.

v. Musculus pterygoideus internus.

w. Carotis externa.

x. Arteria auricularis posterior. y. Arteria stylomastoidea. z. Rami auriculares arteriae auricularis posterioris.

a. Arteria maxillaris interna. β. Arteria auricularis profunda.  
 γ. Arteria alveolaris inferior. δ. Arteria meningea media. ε. Arteria pterygoidea.

1. Nervus facialis. 2. Chorda tympani. 3. Cursum huius nervi inter malleum et incudem. 4. Eius exitus per fissuram Glasseri.

5. Truncus quinti paris. 6. Portio maior, et 7. minor q. p. 8. Ganglion Gasseri. 9. Ramus primus, 10. secundus, 11. tertius. 12. Intumescencia plexuiformis tertii rami quinti paris. 13. Nervus auricularis anterior. 14. N. alveolaris inferior. 15. N. lingualis. 16. Nervus pterygoideus, ganglion oticum perforans. 17. 17. Nervuli muscoli tensoris palati molliis. 18. Nervulus muscoli tensoris tympani e nervo pterygoideo. 19. Ganglion oticum. 20. Radix longa, 21. brevis. 22. Nervulus muscoli tensoris tympani e ganglio otico. 23. Nervuli ganglii otici, qui cum nervo auriculari anteriore coniunctionem ineunt.

**TABULA SEPTIMA.**

**Figura prima.**

*Labyrinthus auris in situ et magnitudine naturali a superioribus exhibitus.*

Basis cavitatis cranii infantis unius anni hac figura oculis proponitur. Ad dextram labyrinthus integer, ad sinistram hic apertus conspicitur. Massa spongiosa, quae labyrinthum incrustat, amota est.

- A. Os frontis. a. Crista frontalis.  
 B. Os cribrosum. b. Lamina cribrosa. c. Crista galli.  
 C. Os sphenoidale. d. Corpus sphenoidale. e. Sella turcica.  
 f. f. Alae parvae s. processus ensiformes. g. g. Foramina optica.  
 h. Fissura orbitalis superior. i. i. Alae magnae. k. k. Foramen rotundum. l. Foramen ovale. m. Sinus caroticus. n. Lingula.  
 D. D. Ossa parietalia. o. Margo temporalis. p. Angulus sphenoidalis. q. Angulus occipitalis.  
 E. Os occipitis. r. Squama. s. s. Fossae cerebelli. t. t. Partes condyloideae. u. u. Processus innominati. v. Foramen lacrum. w. Pars basilaris ossis occipitis. x. Foramen occipitale magnum.  
 F. Ossa temporum. y. y. Pars squamosa. z. Facies interna partis petrosae. a. Canalis caroticus. β. Meatus auditorius internus, ad sinistram omnino apertus. γ. Fossa cochleae.  
 δ. Cochleae tractus primus. ε. Apex cochleae. Ad sinistram cochleae paries externus demtus est, quocirca tractus primus cochleae solus adparet.  
 ζ. Vestibulum, ad sinistram apertum, sic ut fenestra ovalis (γ) et particula fenestrae rotundae (S) conspiciantur.  
 ι. Canalis semicircularis superior, x. externus, λ. internus.

**Figura secunda.**

*Labyrinthus auris in situ et magnitudine naturali ab inferioribus exhibitus.*

Basis eiusdem cranii, quod figura prima repraesentat, sine maxilla inferiori hac figura ab imo explanatur. In dextro capitis latere cochlea integra, in sinistro haec ita aperta est, ut tractus laminae spiralis perspiciatur.

A. A. Maxillae superiores.

B. B. Ossa palatina.

C. Vomer.

D. D. Ossa zygomatica.

E. E. Ossa nasalia.

F. Os frontis. a. a. Partes orbitales. b. Pars frontalis. c. Foramen frontale.

G. G. Ossa parietalia. d. Angulus sphenoidalis. e. Ang. occipitalis.

H. Os sphenoidale. f. Huius corporis facies inferior. g. g. Processus pterygoidei. h. h. Alae magnae ossis sphenoid. i. Foramen ovale.

I. Os occipitis. k. Pars basilaris. l. Partes condyloideae. m. Processus condyloidei. n. Fovea condyloidea. o. Pars occipitalis.

K. Ossa temporum. p. Squama. q. Processus zygomaticus. r. Arcus zygomaticus. s. Tuberculum articulare. t. Fovea articularis. u. Pars sic dicta mastoidea. v. Pars petrosa, cuius substantia spongiosa, qua labyrinthus incrustatur, demta est, sic ut pars ossea auris internae ab inferioribus circumspici possit.

w. Canalis semicircularis superior, x. externus, y. posterior.

z. Fenestra semiovalis, a. rotunda.

β. β. Promontorium.

γ. Gyrus primus, δ. secundus, ε. semitertius cochleae dextrae. Cochlea labyrinthi sinistri aperta est, quo tractus laminae spiralis pateat. ζ. Principium laminae spiralis, per fenestram rotundam conspicuum. η. Hamulus laminae spiralis. θ. Scala tympani. ι. Scala vestibuli.

**Figura tertia.**

*Labyrinthus auris sinistrae infantis neonati integer a parte tympani exhibitus.*

Haec figura ter magnitudinem naturalem exsuperat.

a. Partis petrosae ossis temporum apex. b. Margo superior, et c. inferior faciei pyramidis internae. d. Apertura interna canalis Fallopie.

e. Canalis semicircularis superior. f. Eius crus posterius s. internum. g. Crus anterior. h. Ampulla huius cruris.

i. Canalis semicircularis posterior. k. Eius crus superius, quod cum crure canalis semicircularis superioris interno coniungitur. l. Crus inferius. m. Ampulla.



*n.* Canalis semicircularis externus. *o.* Crus internum s. posterius, *p.* crus anterius s. externum. *q.* Ampulla.  
*r.* Fenestra semiovalis s. vestibularis.  
*s.* Fenestra rotunda s. cochlearis.  
*t.* Promontorium. *u. u.* Gyrus cochleae primus, *v. v.* secundus, *w.* dimidius tertius. *x.* Finis s. apex s. cupula cochleae.  
*y. y.* Haec linea dissectionem cochleae, quam figurae 7 et 8, 11 et 12 exhibent, significat.  
*z. z.* Hac linea regio obliqua sectionis cochleae figurae decimae insignitur.

#### Figura quarta.

*Labyrinthus auris sinistrae infantis neonati a parte tympani reseratus terque adauctus.*

*a-q.* ut in figura tertia.

*r.* Vestibulum. *s.* Fovea orbicularis, cuius paries internus foramina maculae cribrosae vestibuli mediae ostendit. *t. t.* Fovea semiovalis. *u.* Fovea sulciformis. *v.* Apertura aquaeductus vestibuli. *w.* Ostium canalibus semicircularibus superiori et posteriori commune. *x. x.* Orificia altera horum canalium. *y. y.* Ambae aperturae canalibus semicircularibus exterioris.

*z.* Fenestra rotunda cochleae omnino apertae. *a. a.* Gyrus primus, *β. β.* secundus cochleae. *γ.* Principium laminae spiralis osseae. *δ.* Gyrus primus, *ε.* secundus huius laminae. *ζ.* Hamulus laminae spiralis. *η.* Scala tympani. *θ.* Apertura aquaeductus cochleae. *ι.* Scala vestibuli.

#### Figura quinta.

*Labyrinthus auris sinistrae infantis neonati integer a parte cavitationis cranii delineatus et ter amplificatus.*

*a.* Apex ossis petrosi. *b.* Margo superior, *c.* inferior ossis petrosi. *d.* Fundus meatus auditorii interni. *e.* Crista transversa. *f.* Fovea cochleae s. basis modioli. *g.* Tractus spiralis foraminum cochleae pro nervo cochleae. *h. h.* Huius gyrus primus, *i. i.* secundus. *k.* Foramen centrale cochleae. *l.* Apertura interna canalibus Fallopiac pro nervo faciali. *m.* Macula cribrosa vestibuli inferior pro nervi vestibuli ramo inferiore. *n.* Macula cribrosa vestibuli media pro ramo medio nervi vestibuli. *o.* Macula cribrosa superior vestibuli pro ramo superiore nervi vestibuli (Conf. fig. 10). *p.* Aquaeductus cochleae. *q.* Eius orificium, in facie ossis petrosi inferiore prope marginem internum situm.

*r.* Aquaeductus vestibuli. *s.* Eius apertura, in facie ossis petrosi interna retro porum acusticum internum perspicua.

*t.* Canalis semicircularis superior, *u.* interior, *v.* exterior.

#### Figura sexta.

*Labyrinthus auris sinistrae infantis neonati a parte cavitationis cranii apertus terque augmentatus.*

*a.* Apex ossis petrosi. *b.* Margo superior, *c.* inferior.

*d.* Basis modioli. *e.* Tractus spiralis foraminum cochleae, duos gyros praese ferens. *f. f.* Gyrus primus canalibus cochleae. *g.* Continuatio in gyrum secundum. *h.* Lamina spiralis gyri primi. *i.* Eius principium curvum, in vestibulo situm. *k.* Fenestra rotunda. *l.* Fenestrae ovalis adpectus interior. *m.* Paries externus s. tympanicus vestibuli. *n.* Aditus ad scalam vestibuli cochleae.

*o.* Canalis semicircularis superior, et *p.* inferior. *q.* Ostium commune horum canalium in vestibulo situm. *r.* Orificia horum altera. *s.* Ampulla canalibus semicircularibus inferioris. *t.* Canalis semicircularis externus. *u. u.* Eius orificia.

#### Figura septima.

*Cochlea sinistra hominis adulti a parte apicis ossis petrosi reserata.* Haec et sequens figura duodecies naturali magnitudine maiores sunt.

Linea *y-y.* figurae tertiae directionem, e qua cochleam aperui, ostendit.

*a.* Basis cochleae. *b.* Corpus cochleae. *c.* Cupula cochleae. *d. d.* Gyrus cochleae primus, *e. e.* secundus, *f. f.* semitertius.

*g. g.* Paries canalibus cochleae periphericus s. externus, *h. h.* centralis s. internus, qui ambitum modioli constituit. *i. i.* Parietes intermedi, quibus singula cochleae tabulata, quorum spatia inter se scalis tympani et vestibuli continentur, separata sunt. *k.* Ultima pars parietis inter gyrum secundum et tertium, a nonnullis anatomicis recentioribus minus recte lamina modioli nominata. *l.* Modioli basis. *m.* Eius corpus. *n.* Modioli apex, qui cum ultima parietis intermedi parte confluit et faciei cupulae internae affigitur. *o.* Margo semilunaris, acutus et liber huius adligaturae. *p.* Margo cupulae adfixus. *q.* Foramina modioli.

*r.* Lamina spiralis ossea, quae in vestibulo exordium (*s.*) sumit, per gyrum primum et secundum circa modiolum usque ad gyrum tertium ascendit et prope apicem modioli hamulo (*l.*) praedita est. *u.* Scala tympani, *v.* vestibuli. *w.* Finis coecus canalibus cochleae. Hoc spatium inter cupulam (*c.*), apicem modioli (*n.*) et ultimam parietis intermedi partem (*k.*), a plurimis dissectoribus perperam scyphus (secundum Vieussenium) nominatur.

#### Figura octava.

*Cochlea sinistra hominis adulti a parte apicis ossis petrosi aperta et per medium modiolum a basi usque ad apicem divisa.*

*a-p.* ut in figura septima.

*q. q.* Fossae cochleae pars media, foraminibus, quae ad substantiam spongiosam modioli ducunt, insignita.

*r.* Tubulus centralis cochleae. *s.* Eius foramen centrale. *t.* Curvatura tubuli prima, *u.* secunda, *v.* tertia. *w.* Exitus in finem coecum canalibus cochleae. *x.* Substantia modioli cellulis et canalibus praedita, quibus rami nervi cochleae recipiuntur. *y.* Canales, qui ad primum gyrum tractus spiralis pertinent, *z.* ad secundum gyrum spectant.

*a.* Lamina spiralis ossea transverse dissecta. Hac e delineatione patet, laminam osseam e duabus laminis esse compositam et cellulis refertam, quae cum cellulis et canalibus modioli nexae sunt, ut nervi et vasa ad facies laminae spiralis liberis perducantur. *β.* Gyrus primus, *γ.* secundus laminae spiralis dissectae. *δ.* Laminae spiralis osseae ultima pars, cuius hamulus demtus est, ut cellulae, quae in fine huius laminae perspicui possint, patefiant. *ε.* Scala tympani. *ζ.* Scala vestibuli. *η.* Finis coecus canalibus cochleae.

#### Figura nona.

*Labyrinthus membranaceus auris sinistrae infantis neonati a parte tympani in situ naturali inspectus.*

Magnitudo quater aucta est.

Canales semicirculares osseos, vestibulum et maximam cochleae partem amovi, ut situs et dispositio partium labyrinthi membranacei perspiciantur.

*a.* Canalis semicircularis osseus superior, *b.* posterior, *c.* exterior.

*d.* Vestibuli paries superior, et *e.* inferior.

*f.* Fenestra rotunda.

*g. g.* Cochleae gyrus primus, maxima parte adaptus. *h. h.* Gyrus cochleae secundus. *i. i.* Gyrus semitertius. *k.* Margo huius gyri liber. *l.* Margo cupulae adfixus (Conf. fig. 7. o et p.).

*m.* Pars ossea, *n.* pars membranacea laminae spiralis s. zona Valsalvae. *o.* Finis illius partis s. hamulus laminae spiralis. *p.* Finis huius partis s. zonae membranaceae. Ea facies laminae spiralis, quae scalam vestibuli respicit, hic patet. *q.* Helicotrema s. orificium, quo utraque scala, tympani et vestibuli, confluit.

*r.* Sacculus rotundus s. sphaericus. *s.* Otolithi huius sacculi (*Otoconie sacculaire* secundum Breschet). *t.* Ramus medius nervi vestibuli (nervus saccularis Br.).



*u.* Sacculus oblongus s. sinus communis s. utriculus, tubulis semicircularibus continuus. *v.* Eius otolithi (*otoconie utriculaire*).  
*w.* Ramus superior nervi vestibuli (*nerf utriculaire* secundum Breschet), qui ad sinum communem et ampullas tubulorum semicircularium superioris et exterioris pertinet.

*x.* Tubulus semicircularis membranaceus superior. *y.* Eius ampulla. *z.* Tubulus semicircularis membranaceus posterior. *a.* Crus superior, quod cum crure tubuli superioris interno canalem communem efficit. *β.* Coniunctio huius tubuli communis cum alveo communi. *γ.* Ampulla cruris inferioris tubuli semicircularis posterioris. *δ.* Ramus inferior nervi vestibuli, ad hanc ampullam pertinens (*nerf ampullaire postérieur* secundum Breschet).

*ε.* Tubulus semicircularis membranaceus exterior. *ζ.* Huius crus internum, quod cum parte alvei communis inferiore se iungit. *η.* Ampulla cruris externi huius tubuli.

#### Figura decima.

*Dispositio arteriae auditivae internae et nervi acustici in meatu auditorio interno, eorumque distributio per cochleam.*

Icon sexies aucta est.

Meatum auditorium internum et cochleam auris sinistrae infantis neonati, cuius arteriae optime cum successu massa ceracea impletae erant, a superioribus et anterioribus secundum lineam *z-z.* figurae tertiae reseravi.

*a.* Meatus auditorius internus. *b.* Fovea superior, *c.* media, *d.* inferior fossae vestibuli. *e. e.* Fossa cochleae transverse dissecta. *f. f.* Gyri primus, *g. g.* secundus, *h. h.* semitertius cochleae. *i.* Basis, *k.* corpus, *l.* apex modioli. *m.* Laminae spiralis pars ossea, *n.* pars membranacea. *o.* Scala tympani, *p.* scala vestibuli. *q.* Finis cochleae coecus s. scyphus sic dictus Vieussenii.

1. Nervus auditorius. 2. Nervus cochleae. 3. Nervus vestibuli. 4. Eius ramus superior, 5. medius, 6. inferior (conf. fig. 9.). 7. Truncus nervi cochleae contortus. 8. Ramuli dissecti huius nervi, qui ad laminam spiralem gyri cochleae primi partim hic ablatam tendunt. 9. Ramuli alii, qui in hanc laminam gyri primi incunt. 10. 10. Ramuli gyri secundi, 11. semitertii. 12. Nervulus centralis cochleae. 13. Eius gyri primus, 14. secundus, 15. semitertius.

16. Arteria auditiva interna. 17. Ramuli ad vestibulum tendentes. 18. Ramuli cochleae. 19. Vasa horum surculorum per modiolum currentia.

#### Figura undecima.

*Distributio arteriarum cochleae.*

Cochlea infantis neonati ab eadem parte, ut in figura septima, aperta est.

*a-p.* ut in figura septima.

*q.* Lamina spiralis ossea et membranacea. *r.* Principium laminae spiralis. *s.* Finis huius laminae membranaceae dissectus et ablatas. *t.* Membrana vasculosa s. periosteum cochleae, quod faciem internam scalarum obducit. Eodem modo facies interna vestibuli et canalium semicircularium vestita est.

1. Ramuli arteriarum, qui per foramina modioli in scalam tympani egrediuntur, et partim ad laminae spiralis faciem tympanicam (2), partim ad faciem internam circumferentiae (3) tendunt.

4. Ramuli, qui per foramina modioli in scalam vestibuli exeunt et partim ad laminae spiralis faciem alteram (5), partim ad ambitum (6) cochleae spectant. 7. Distributio arteriarum in fine cochleae coeco. 8. Vasa, inter gyros cochleae substantiam cellulosa, quae cochleam obducit, adeuntia (conf. fig. 10.).

#### Figura duodecima.

*Dispositio nervorum cochleae.*

Cochlea infantis neonati ad modum figurae septimae oculis proposita est.

*a-p.* ut in figura septima.

*q.* Lamina spiralis ossea et membranacea. *r.* Eius initium.

*s.* Finis laminae spiralis membranaceae in fine scalarum cochleae coeco situs.

1. Fasciculi filamentorum nervi cochleae, per foramina gyri primi modioli ad laminam spiralem tendentes. 2. Fasciculi gyri secundi. 3. Fasciculi gyri semitertii. 4. Singula filamenta inter laminas sita. 5. Ansa filorum.

#### Figura decima tertia.

*Particula laminae spiralis, quae nervi cochleae dispositionem ostendit, quater et vicies adaucta.*

Haec particula ex ultimo laminae spiralis gyro demta est.

1. Fasciculus singulus nervi cochleae. 2. Duo ramuli, in quos fasciculus finditur. 3. Fila, e quibus ramuli compositi sunt. 4. Eorum ansae.

#### Figura decima quarta.

*Ampulla tubuli semicircularis superioris a latere delineata et quinque amplifata.*

*a.* Tubuli semicircularis superioris pars. *b.* Ampulla. *c.* Eius venter. *d.* Sulcus, qui recipit ramulum nervi vestibuli (*e*).

#### Figura decima quinta.

*Eadem ampulla a parte ventris aperta.*

*a.* Tubuli semicircularis particula. *b.* Septulum, quo spatium internum in partem superiorem et inferiorem dividitur.

#### Figura decima sexta.

*Lapilli auris internae seu otolithi nonnulli lente vitrea amplificati.*

Hi lapilli seu otolithi (otoconia) formam rhomboidem cum marginibus et angulis irregulariter dentatis praese ferunt.

#### Figura decima septima.

*Omnes organi auditus sinistri partes ab anterioribus et exterioribus exhibitae.*

Magnitudo naturalis.

*a.* Auricula externa. *b.* Helix. *c.* Anthelix. *d.* Antitragus. *e.* Fossa scaphoidea. *f.* Fossa innominata. *g.* Concha auris.

*h. h.* Meatus auditorius externus. *i. i. i.* Eius cartilagineae. *k.* Pars ossea meatus auditorii. *l.* Cutis. *m.* Glandulae ceruminosae. *n.* Processus styloides. *o.* Parotis.

*p.* Membrana tympani.

*q.* Cavitas tympani.

*r.* Tuba Eustachiana.

*s.* Musculus tensor tympani. *t.* Eius tendo.

*u.* Mallei caput, *v.* collum, *w.* processus brevis, *x.* manubrium.

*y.* Incudis corpus, *z.* processus brevis, *a.* longus.

*β.* Stapes. *γ.* Cellulae mastoideae.

*δ.* Canalis semicircularis superior, *ε.* externus, *ζ.* posterior.

*η.* Vestibulum, hic clausum.

*θ.* Cochlea.

*i.* Canalis caroticus.

*x.* Apex ossis petrosi.



## TABULA OCTAVA.

**Figura prima.**

*Nasus hominis adulti externus a latere sinistro delineatus.*

Cutis narium epidermide denudata est, quo manifestius aperturæ glandularum sebacearum pateant.

*a.* Radix, *b.* dorsum, *c.* apex nasi externi. *d.* Septum mobile. *e.* Apertura narium anterior sinistra. *f.* Ala sinistra. *g.* Ostiola maiora, *h.* minora glandularum sebacearum.

**Figura secunda.**

*Nasus externus a fronte depictus.*

*a-d.* ut in priori figura.

*e. e.* Nares. *f. f.* Alae s. pinnae narium.

**Figura tertia.**

*Pars ossea et cartilaginea nasi externi a latere sinistro descriptae.*

*a.* Os frontis. *b.* Os nasale sinistrum. *c.* Os maxillare superius. *d.* Eius processus frontalis s. nasalis. *e.* Sulcus lacrimalis. *f.* Spina nasalis anterior.

*g.* Cartilaginis septi narium pars anterior. *h.* Cartilago lateralis superior sinistra. *i.* Cartilago lateralis inferior seu pinnalis sinistra. *k.* Eius pars externa, parti pinnae superiori formam praebens, *l.* pars interna, exteriore profundior, in septo mobili sita. *m. m.* Cartilaginee minores seu sesamoideae.

*n.* Tela cellularis inter cutem et membranam mucosam alae narium sita. *o.* Margo narium externus.

**Figura quarta.**

*Pars ossea et cartilaginea nasi externi a fronte exhibitae.*

*a. a.* Ossa frontis. *b.* Sutura frontalis. *c. c.* Ossa nasi. *d.* Sutura nasalis. *e. e.* Ossa maxillaria superiora. *f.* Processus frontalis s. nasalis maxillae superioris. *g.* Processus alveolaris. *h.* Spina nasalis anterior.

*i.* Cartilaginis septi narium pars antica. *k. k.* Cartilaginee laterales superiores. *l. l.* Cartilaginee laterales inferiores s. pinnales narium. *m.* Harum pars exterior, quae narium alas constituit; *n.* pars interior reflexa et curva, quae in imo septo mobili prope cartilagineum septi narium sita est. *o.* Cartilaginee sesamoideae.

**Figura quinta.**

*Pars narium cartilaginea ab inferioribus visa.*

*a. a.* Processus alveolaris maxillae superioris. *b.* Spina nasalis anterior.

*c.* Margo inferior cartilaginis septi narium. *d. d.* Cartilaginee inferiores seu pinnales. *e.* Earum pars exterior, quae parti alarum superiori formam praebet. *f.* Pars interior cartilagineum inferiorum, prope septi cartilagineum decurrens et in laminam ovatam, planam et curvam abiens. *g.* Cartilaginee sesamoideae.

**Figura sexta.**

*Musculi nasi externi a latere sinistro delineati.*

*a.* Os frontis. *b.* Margo ossis nasalis sinistri. *c.* Processus frontalis maxillae superioris. *d.* Cartilago lateralis sinistra inferior. *e.* Musculus orbicularis oris. *f.* Musculus depressor septi mobilis s. nasalis septi mobilis.

*g.* Musculus levator labii superioris alaeque nasi. *h.* Eius origo. *i.* Fibrae, quae ad labium superius decurrunt. *k.* Fibrae huius musculi, parti alae narium posteriori insitae.

*l.* Musculus compressor maior s. triangularis nasi, cuius origo levatore labii superioris alaeque nasi tecta est. *m.* Tendo huius musculi, qui in dorso narium cum tendine musculi dextri lateris coniungitur et usque ad narium apicem extenditur.

*n.* Musculus procerus s. pyramidalis narium, cum fibris musculi triangularis ad inferiora, et ad superiora cum musculo frontali coniunctus.

*o.* Musculus compressor narium minor.

*p.* Musculus levator alae narium proprius.

*q.* Insertio musculi dilatatoris alae narium, qui maxima parte levatore labii superioris alaeque nasi tectus est.

**Figura septima.**

*Musculi nasi externi a latere sinistro descripti.*

Musculus levator labii superioris alaeque nasi maxima parte amotus est, quo decursus compressoris et dilatatoris narium pateat.

*a-f.* ut in figura sexta.

*g.* Musculi levatoris labii superioris alaeque nasi origo.

*h.* Musculus triangularis s. compressor narium maior. *i.* Eius origo a superficie faciali maxillae superioris infra alam narium. *k.* Tendo huius musculi, illi lateris dextri continuus. *l.* Musculus lateralis narium.

*m.* Musculus procerus Santorini.

*n.* Musculus dilatator narium, qui ab iugo alveolari dentis ferini originem trahit et prope imas pinnae terminatur.

*o.* Musculus compressor narium minor.

*p.* Musculus levator alae narium proprius.

**Figura octava.**

*Arteriae nasi externi a latere sinistro exhibitae.*

*a.* Os frontis. *b.* Foramen frontale. *c.* Maxilla superior. *d.* Foramen infraorbitale.

*e.* Musculus orbicularis palpebrarum. *f.* Musculus orbicularis oris. *g.* Musculus compressor narium.

*h.* Arteria facialis.

*i.* Arteria coronaria labii superioris. *k.* Arteria septi mobilis.

*l.* Arteria nasalis. *m. m.* Arteriae pinnales narium. *n.* Earum anastomosis cum arteria septi mobilis. *o.* Arteria angularis narium. *p.* Coniunctio huius arteriae cum arteria ophthalmica. *q. q.* Arteriae dorsales narium. *r. r.* Rami frontales.

*s.* Arteria infraorbitalis. *t. t.* Eius rami pinnales.

*u.* Arteria ophthalmica. *v.* Arteria frontalis. *w.* Arteria nasalis, quae saepe omnes arterias dorsales narium, nonnunquam etiam arterias pinnales narium spargit (conf. tab. I. fig. 8). *x.* Arteria palpebralis superior.

**Figura nona.**

*Venae nasi externi a latere sinistro descriptae.*

*a-g.* ut in figura octava.

*h.* Vena frontalis. *i.* Vena ophthalmica. *k.* Vena superciliaris.

*l.* Venae dorsales narium truncus, qui nonnullas venas frontales (*m*) et plures venas in dorso narium decurrentes (*n. n.*) recipit.

*o.* Principium venae facialis anterioris. *p.* Vena communicans cum vena dorsali narium.

*q. q. q.* Venae pinnales seu laterales narium, cum venis dorsalibus in apice et pinna narium plurifariam coniunctae.

*r.* Venae palpebrales inferiores internae.

*s.* Venae labiales superiores. *t. t.* Venae septi mobilis. *u.* Vena palpebralis inferior.

*v.* Truncus venae facialis anterioris.

**Figura decima.**

*Nervi lateris narium sinistri a facie interna depicti.*

*a.* Cutis narium a glabella usque ad marginem labii superioris per medium et ad perpendicularum divisa.

*b.* Musculus corrugator superciliarum. *c.* Musculus orbicularis



palpebrarum. *d.* Musculus levator labii superioris alaeque nasi. *e.* Musculus compressor narium. *f.* Musculus orbicularis oris. *g.* Musculus dilatator narium.

*h.* Particula nervi frontalis. *i.* Rami palpebrales superiores a nervo frontali orti.

*k.* Nervus supratrochlearis. *l.* Eius ramuli frontales, et *m.* ramuli palpebrales superiores.

*n.* Nervus infratrochlearis. *o.* Coniunctio huius nervi cum nervo supratrochleari. *p.* Ramuli palpebrales superiores. *q.* Ramus frontalis. *r.* Rami nasales, ad cutem dorsi narium tendentes.

*s.* Ramus externus narium nervi ethmoidalis, qui in cutem apicis narium distribuitur et coniunctionem cum surculo nervi lateralis narium e nervo infraorbitali init.

*t.* Nervus infraorbitalis. *u.* Nervi palpebrales inferiores. *v.* Nervi laterales narium superiores, et *w.* inferiores. *x.* Nervi labiales superiores.

*y.* Rami nonnulli buccales nervi facialis. *z.* Ramulus, qui ad latera narium ascendit et musculus narium nonnullis surculos mittit. *a.* Ramuli, qui ad musculus compressorem narium et musculus levatorem labii superioris alaeque nasi tendunt. *β.* Coniunctio nervi facialis cum nervo infraorbitali.

#### Figura undecima.

*Septi narium ossei et cartilaginei latus dextrum.*

*a.* Os frontis. *b.* Sinus frontalis.

*c.* Os ethmoidale. *d.* Crista galli. *e.* Lamina perpendicularis. *f.* Vomer.

*g.* Sinus sphenoidalis.

*h.* Osis palatini pars horizontalis.

*i.* Osis maxillaris superioris processus palatinus, *k.* processus alveolaris. *l.* Spina nasalis anterior.

*m.* Os nasale.

*n.* Cartilago septi narium.

*o.* Cartilaginei lateralis narium inferioris pars interior.

#### Figura duodecima.

*Cavitatis narium osseae latus sinistrum.*

*a.* Os frontis. *b.* Iuga cerebralia partis orbitalis ossis frontis. *c.* Foramen ethmoidale.

*d.* Corpus ossis sphenoidalis. *e.* Sinus sphenoidalis. *f.* Processus pterygoideus ossis sphenoidalis.

*g.* Pars perpendicularis ossis palatini. *h.* Foramen sphenopalatinum. *i.* Pars horizontalis ossis palatini.

*k.* Processus palatinus maxillae superioris. *l.* Canalis incisivus.

*m.* Spina nasalis anterior. *n.* Processus alveolaris maxillae superioris.

*o.* Os nasale sinistrum.

*p.* Lamina cribrosa ossis ethmoidalis. *q.* Concha superior, canaliculis et sulcis, per quos fila nervi olfactorii decurrunt, conferta.

*r.* Concha media.

*s.* Concha inferior sive os turbinatum.

*t.* Meatus narium inferior, *u.* medius, *v.* superior.

#### Figura decima tertia.

*Membranae mucosae septi narium latus dextrum.*

*a.* Os frontis. *b.* Os ethmoidale. *c.* Corpus ossis sphenoidalis.

*d.* Sinus sphenoidalis, membrana mucosa vestitus. *e.* Os nasale.

*f.* Cartilaginei septi narium pars antica. *g.* Pars palatina ossis palatini. *h.* Processus palatinus maxillae superioris. *i.* Spina nasalis anterior.

*k.* Membrana mucosa palati duri. *l.* Palatum molle. *m.* Pharyngis fornix. *n.* Ostium pharyngeum tubae Eustachianae. *o.* Choana sinistra. *p.* Membrana mucosa seu Schneideriana septi mobilis. *q.* Papillae membranae pituitariae. *r.* Cryptae mucosae, quarum maiores seu cellulares in parte narium anteriore obviae sunt.

#### Figura decima quarta.

*Membranae pituitariae narium latus sinistrum.*

*a-i.* ut in figura priore. *k.* Canalis incisivus.

*l.* Membrana mucosa palati duri, et *m.* palati mollis. *n.* Ostium pharyngeum tubae Eustachianae. *o.* Membrana mucosa, conchas et meatus vestiens. *p.* Papillae, quibus concha superior et media confertae sunt. *q.* Cryptae mucosae. *r.* Plicae, in superficie conchae inferioris conspicuae. *s.* Vibrissae. *t.* Coniunctio membranae mucosae narium cum mucosa palati duri.

#### Figura decima quinta.

*Particula membranae narium mucosae paululum amplificata.*

*a.* Ostiola glandularum mucosarum. *b.* Papillae membranae mucosae.

## TABULA NONA.

#### Figura prima.

*Arteriae laterales cavitatis narium sinistrae viri adulti.*

*a-n.* ut in figura quarta decima tabulae octavae.

*o.* Concha superior, *p.* media, *q.* inferior.

*r.* Meatus narium superior, *s.* medius, *t.* inferior.

1. Arteriae ethmoidalis anterioris ramus lateralis narium.

2. 2. Arteriae ethmoidales posteriores, ad membranam mucosam conchae superioris et mediae pertinentes.

3. Arteria nasalis posterior s. sphenopalatina ex arteria maxillari interna, per foramen nasopalatinum cavitatem narium intrans.

4. Arteria septi narium abscissa (conf. fig. 2.). 5. Arteria lateralis narium.

6. 6. Arteriae nasales posteriores superiores. 7. 7. Arteriae nasales posteriores inferiores.

8. 8. 8. Coniunctiones harum arteriarum cum arteriis ethmoidalibus.

9. 9. Rami pharyngei arteriae narium lateralis.

10. Arteria narium lateralis anterior inferior ex arteria palatina, quae per foramen incisivum ad partem narium anticam et inferiorem spectat.

11. Arteria lateralis narium anterior inferior ex

arteria pinnali (conf. tab. VIII. fig. 8. m.). 12. Coniunctiones harum arteriarum inter se.

#### Figura secunda.

*Arteriae septi narium lateris dextri.*

*a-o.* ut in figura decima tertia tabulae octavae.

1. Ramus septi narium arteriae ethmoidalis anterioris.

2. 2. Rami septi narium arteriarum ethmoidalium posteriorum.

3. Arteria septi narium ex arteria nasali posteriore.

4. Ramus septi narium ex arteria palatina.

5. Ramus septi narium ex arteria coronaria labii superioris (conf. tab. VIII. fig. 8. k).

6. Coniunctiones harum arteriarum, per membranam narium mucosam se distribuentium.

#### Figura tertia.

*Rete vasculosum ansatum membranae mucosae narium, vicies augmentatum.*

*a. a.* Dispositio vasorum in postica, *b.* media, et *c.* antica parte membranae mucosae septi narium conspicua.



d. Cryptae mucosae. e. Cellulae mucosae. f. Villi, in antica narium parte conspicui.

**Figura quarta.**

*Venae laterales cavitalis narium sinistrae viri adulti.*

a-t. ut in figura prima.

1. 1. 1. Retia maiora venarum membranae narium mucosae.

2. 2. 2. Venae laterales narium superiores, ad venas ethmoidales tendentes.

3. 3. Venae laterales narium anteriores superiores, quae per foramina nasalia in venam dorsalem narium immittuntur.

4. 4. Venae laterales narium anteriores inferiores, ad venas pinales spectantes.

5. 5. Venae laterales narium inferiores, quae per canalem incisivum in venas palatinas inseruntur.

6. 6. Venae laterales narium posteriores, quae ad plexum venarum pharyngeum spectant.

**Figura quinta.**

*Venae septi narium lateris dextri.*

a-o. ut in figura secunda.

1. 1. 1. Retia maiora venarum membranae mucosae septi narium.

2. 2. 2. Venae septi narium superiores, 3. 3. 3. anteriores superiores, 4. 4. anteriores inferiores, 5. 5. inferiores, 6. 6. posteriores.

**Figura sexta.**

*Nervi laterales cavitalis narium sinistrae.*

a-t. ut in figura prima.

Membrana narium mucosa, quae concham superiorem obducit, detracta et reflexa est, quo dispositio nervi olfactorii per canales et cellulas conchae superioris distributi pateat.

1. Nervus olfactorius. 2. Huius bulbus. 3. Filamentorum nervi olfactorii sinistri series externa. 4. Eorum distributio per canaliculos conchae superioris. 5. 5. 5. Coniunctio singulorum filamentorum. 6. 6. 6. Filamenta dirupta. 7. 7. 7. Eorum distributio per membranam mucosam, quae hic reflexa est, sic ut facies periosteae vestita perspiciatur.

8. Nervus opticus.

9. Nervus oculomotorius.

10. Truncus quinti paris nervorum cerebri. 11. Ganglion semilunare. 12. Ramus primus, 13. secundus, 14. tertius quinti paris. 15. Nervus pterygopalatinus. 16. Nervus Vidianus.

17. Ganglion nasale s. pterygopalatinum. 18. Nervus septi narium posterior s. nasopalatinus Scarpaie abscissus (conf. fig. 7). 19. Nervus lateralis narium posterior superior. 20. Nervus lateralis narium posterior inferior. 21. 21. Nervi palatini minores. 22. Nervus palatinus maior.

23. Nervus ethmoidalis e nervo nasociliari primi rami quinti paris. 24. Ramus septi narium percissus (conf. fig. 7). 25. Ramus lateralis narium. 26. Ramus externus narium (conf. tab. VIII. fig. 10. s.)

**Figura septima.**

*Nervi septi narium lateris dextri.*

a-o. ut in figura secunda.

1. Series interna filamentorum nervi olfactorii dextri, quae vaginis durae matris fibrosis inclusa sunt. 2. Singula vagina aperta, quo ratio fibrillarum nervi olfactorii ad vaginas perspiciatur. 3. Fasciculi filamentorum huius nervi, maxima parte inter se coniuncti et decussati. 4. 4. 4. Distributio fibrillarum nervi olfactorii per membranam mucosam septi narium.

5. Nervus septi narium s. nasopalatinus Scarpaie. 6. 6. 6. Surculi huius nervi ad membranam mucosam narium spectantes. 7. Decursus nervi septi narium per canalem incisivum. 8. Distributio nervi septi narium in anticam membranae palati duri mucosae partem. 9. Ramus septi narium nervi ethmoidalis.

**Figura octava.**

*Pars cavi narium antica a superioribus ad inferiora transverse dissecta.*

Sectio cavitalis narium ita facta est, ut coniunctio sinuum frontalem et ductuum lacrymalium cum membrana narium mucosa perspiciatur.

a. Pars frontalis ossis frontis. b. b. Eius partes orbitales.

c. Maxilla superior dextra, d. sinistra. f. Canalis incisivus.

g. Cavitas narium dextra, h. sinistra.

i. Septum narium.

k. Conchae inferioris, l. mediae pars antica.

m. Meatus narium inferior, n. medius.

o. Ductus lacrymalis dexter, p. sinister. q. q. Horum orificium in meatu narium inferiore situm. r. r. Sinus frontales. s. s. Eorum exitus in meatum narium medium.

t. t. Cellulae ethmoidales anteriores. u. Coniunctio membranae mucosae narium cum membrana mucosa cellulae ethmoidalis anterioris.

r. v. Sinuum maxillarium pars antica.

**Figura nona.**

*Pars cavitalis narium media a superioribus ad inferiora per transversum serra divisa.*

Cavum narium ita persectum, ut exitus sinuum maxillarium pateant.

a. a. Partes ossis frontis orbitales.

b. Lamina cribrosa s. horizontalis ossis ethmoidalis. c. c. Lamina papyracea.

d. Maxilla superior dextra, e. sinistra. f. Processus palatinus, g. alveolaris maxillae superioris.

h. Palati duri membrana mucosa.

i. Periorbita.

k. Septum narium. l. l. Concha inferior, m. m. media, n. n. superior.

o. o. Meatus narium inferior, p. p. medius, q. q. superior.

r. r. Cellulae ethmoidales mediae s. frontales.

s. Sinus maxillaris dexter. t. Eius ostium, in meatu narium medio conspicuum et concha media tectum.

u. Sinus maxillaris sinister. v. Huius exitus.

**Figura decima.**

*Pars postica cavi narium a superioribus ad inferiora e transverso persecta.*

Exitus sinuum sphenoidalium hac in icone perspiciuntur.

a. Corpus ossis sphenoidalis. b. Alae parvae, c. magnae ossis sphenoidalis.

d. Maxilla superior dextra, e. sinistra.

f. f. Canalis pterygopalatinus. g. g. Foramen sphenopalatinum.

h. Septum narium.

i. Concha inferior, k. media.

l. Meatus narium inferior, m. medius, n. superior.

o. o. Sinus maxillaris.

p. Sinus sphenoidalis dexter, q. sinister. r. Septum sinuum sphenoidalium. s. Eorum membrana mucosa. t. t. Orificia sinuum, quae ad meatum narium superiorem spectant.



## TABULA DECIMA.

**Figura prima.***Linguae facies superior.*

- a.* Epiglottis. *b.* Frenulum epiglottidis.  
*c.* Linguae basis, *d.* dorsum, *e.* apex, *f. f.* latera.  
*g. g.* Glandulae mucosae, in basi linguae inter epiglottidem et papillas circumvallatas exstantes.  
*h.* Foramen linguae coecum cum papilla circumvallata postica.  
*i. i. i.* Papillae circumvallatae s. magnae, quarum unaquaeque annulo tumidulo membranae mucosae amicitur.  
*k. k. k.* Papillae fungiformes s. obtusae s. clavatae.  
*l. l. l. l.* Papillae conicae et filiformes.  
*m. m.* Rugae transversae, in linguae lateribus conspicuae.  
*n. n.* Plicae linguae, in parte eius postica comparentes.

**Figura secunda.***Linguae latus sinistrum.*

- a.* Linguae basis s. radix, *b.* dorsum, *c.* apex, *d.* latus sinistrum.  
*e.* Frenulum linguae. *f. f.* Ostiola ductuum Rivinianorum glandulae sublingualis.  
*g.* Glandulae mucosae linguae.  
*h.* Papillae circumvallatae.  
*i.* Papillae fungiformes.  
*k.* Papillae conicae et filiformes.  
*l.* Rugae transversae, et *m.* plicae linguae.

**Figura tertia.***Dimidia linguae pars sinistra in situ suo naturali exhibita.*

Linguae cum maxilla inferiore, osse hyoideo et epiglottide a summo ad imum per medium et longitudinem dissecti.

- a.* Labium inferius. *b.* Musculus orbicularis. *c.* Musculus levator menti. *d.* Frenulum labii inferioris.  
*e.* Maxilla inferior. *f.* Dens caninus medius. *g.* Spina mentalis interna.  
*h.* Basis ossis hyoidei.  
*i.* Cartilaginis thyreoideae pars superior. *k.* Epiglottis.  
*l.* Linguae basis, *m.* dorsum, *n.* apex.  
*o.* Foramen coecum. *p. p. p.* Papillae conicae.  
*q.* Frenulum linguae. *r.* Frenulum epiglottidis.  
*s.* Musculi digastrici venter anterior. *t.* Musculus mylohyoideus.  
*u.* Musculus geniohyoideus. *v.* Musculus genioglossus. *w.* Fibrae linguae longitudinales.  
*x.* Fibrocartilago linguae.

**Figura quarta.***Periglottis in dextro linguae latere separata et ad sinistrum revoluta.*

- a.* Linguae basis, *b.* apex, *c. c.* latera.  
*d. d.* Portio linguae decorticata, nudas papillas rugasque exhibens.  
*e. e.* Periglottidis facies interna seu rete sic dictum mucosum linguae.  
*f. f.* Glandulae linguae mucosae. *g. g.* Papillae vallatae. *h. h. h.* Papillae fungiformes. *i. i. i.* Papillae conicae et filiformes. *k. k.* Rugae transversae.

Omnes hae partes ad dextram involucro denudatae sunt, earumque signa faciei periglottidis internae impressa in modum vaginalium maiorum et minorum conspiciuntur.

**Figura quinta.***Os hyoides ab anteriore parte exhibitum.*

- a.* Basis seu corpus. *b.* Eius margo superior, et *c.* inferior. *d.* Linea transversa corporis ossis hyoidei.  
*e. e.* Cornua minora. *f. f.* Cornua maiora.

**Figura sexta.***Os hyoides a posteriore parte delineatum.*

- a-c.* ut in priore figura. *d.* Excavatio corporis ossis hyoidei, in facie posteriore conspicua.  
*e. e.* Cornua maiora.

**Figura septima.***Os hyoides a latere sinistro descriptum.*

- a.* Corpus. *b.* Cornu minus, *c.* cornu maius sinistri lateris.

**Figura octava.***Os hyoides, cuius cornua minora ita elongata sunt, ut cornua maiora aequent.*

- a-f.* ut in figura quinta. Cornu maius e duabus partibus constat.

**Figura nona.***Linguae musculi a latere sinistro exhibiti.*

Sinistra maxillae inferioris pars inter dentem caninum et incisivum secundum serra divisa tumque scalpello amota est, glandula lingualis et maxillaris caeteraeque partes, inter maxillam linguaeque musculos sitae, ablatae sunt.

- a.* Labium inferius. *b.* Musculus orbicularis oris. *c.* Musculus levator menti.  
*d.* Maxilla inferior. *e.* Dens incisivus externus. *f.* Spina mentalis interna.  
*g.* Cornu maius sinistrum ossis hyoidei.  
*h.* Arteriae lingualis portio.  
*i.* Linguae basis, *k.* dorsum, *l.* apex.  
*m.* Glandulae mucosae, quibus basis linguae insignita est.  
*n.* Papillae vallatae, *o.* fungiformes, *p.* conicae et filiformes.  
*q.* Rugae transversae linguae.  
*r.* Musculi digastrici venter anterior.  
*s.* Musculus mylohyoideus.  
*t.* Musculus geniohyoideus.  
*u.* Musculus genioglossus.  
*v.* Musculus lingualis.  
*w.* Musculi hyoglossi pars anterior, *x.* pars posterior.  
*y.* Musculus styloglossus, cuius fibrae fibris musculi hyoglossi decussantur.

**Figura decima.***Linguae musculi a facie inferiore descripti.*

Musculus geniohyoideus est reclinatus, musculi genioglossi ab invicem seiuncti sunt, magna musculi genioglossi dextri pars abscissa est, quo situs fibrocartilaginis linguae et dispositio fibrarum transversarum pateant.

- a.* Linguae apex, papillis conicis et filiformibus praedita.  
*b.* Membrana mucosa laterum linguae scalpello separata et revoluta.  
*c. c.* Cornua maiora ossis hyoidei.  
*d. d.* Musculi geniohyoidei reclinati.  
*e.* Musculus genioglossus sinister. *f.* Musculus genioglossus dexter, magna e parte abscissus.  
*g.* Fibrocartilago, in linguae axe inter fibras musculorum genioglossorum sita.  
*h.* Fibrae transversales linguae, quae ad decussim inter fibras musculi genioglossi penetrant et ad latera linguae feruntur.  
*i.* Musculus lingualis. *k.* Decussatio fibrarum huius musculi et genioglossi.  
*l. l.* Musculus styloglossus, cum *m.* linguali antrosum coiens.



*m. m.* Musculus hyoglossus. *n.* Decussatio fibrarum huius musculi et styloglossi.

**Figura undecima.**

*Arteriae linguae a latere sinistro delineatae.*

- a.* Os hyoides.  
*b.* Musculus sternohyoideus. *c.* M. omohyoideus.  
*d.* Musculus hyoglossus, cuius media pars excissa est, ut decursus arteriae lingualis conspiciatur.  
*e.* Musculi digastrici maxillae inferioris portio.  
*f.* Musculus mylohyoideus.  
*g.* Musculus geniohyoideus.  
*h.* Musculus genioglossus.  
*i.* Linguae apex, *k.* dorsum, *l.* basis. Membrana mucosa inter papillas vallatas et epiglottidem amota est, ut distributio nervi glossopharyngei perspiciatur.  
*m.* Papillae vallatae, *n.* fungiformes, *o.* conicae et filiformes.  
*p.* Rugae linguae transversae.  
 1. Arteriae lingualis truncus.  
 2. Arteria dorsalis linguae.  
 3. Arteria sublingualis.  
 4. Arteria ranina sinistri lateris. 5. Arteriae raninae dextri lateris extremitas antica. 6. Anastomosis utriusque arteriae. 7. 7. 7. Rami arteriae raninae, qui inter fibras musculi genioglossi ad membranam mucosam tendunt.  
 8. Arteria submentalis ex arteria faciali. 9. Ramus mentalis abscissus. 10. Rami ad glandulam sublingualem spectantes. 11. 11. Rami musculares pro musc. digastrico et mylohyoideo, geniohyoideo et genioglossos.  
 12. Ramus lingualis nervi glossopharyngei. 13. Surculi, inter se coniuncti, ad papillas vallatas spectantes.  
 14. Ramuli, ad membranam mucosam radices linguae pertinentes.

**Figura duodecima.**

*Venae linguae a latere sinistro descriptae.*

- a-p.* ut in figura priore.  
 1. 1. Arteria lingualis.  
 2. 2. Venae raninae, arteriam raninam comitantes. 3. 3. 3. Rami venarum, e linguae massa prodeuntes. 4. 4. 4. Anastomoses utriusque venae raninae.  
 5. Truncus communis venarum raninarum. 6. Vena dorsalis linguae.  
 7. Venae lingualis truncus.  
 8. Vena sublingualis. 9. 9. Rami musculares. 10. 10. Rami abscissi, e glandula sublinguali et glandula maxillari prodeuntes.  
 11. Vena cephalica interna.  
 12. Vena thyreoidea superior.  
 13. Vena cephalica communis s. iugularis externa.

**Figura decima tertia.**

*Nervorum linguae distributio in inferiore eius facie exhibita.*

- a.* Linguae apex, *b. b.* latera. *c.* Membrana mucosa linguae revoluta.  
*d. d.* Ossis hyoidei cornua maiora.  
*e. e.* Musculi thyreohyoidei.  
*f. f.* Musculi geniohyoidei reclinati.  
*g.* Musculus styloglossus dexter.  
*h. h.* Musculi hyoglossi.  
*i. i.* Musculi linguales.  
*k. k.* Musculi genioglossi.  
*l.* Glandula submaxillaris sinistra. *m.* Ductus Whartonianus.

1. Nervus lingualis. 2. Coniunctio huius nervi cum nervo hypoglossos. 3. 3. 3. Rami linguales, inter fibras musculorum ad membranam mucosam dorsi, apicis et laterum linguae tendentes.

4. Ganglion maxillare s. glotticum sinistri lateris. 5. Radix brevis s. sensifera. 6. Radix longa s. motoria. 7. Radix mollis s. sympathica. 8. 8. Filamenta ganglii, quae ad ductum Whartonianum spectant. 9. 9. Nonnulla fila cum nervo linguali se iungentia.

10. Nervus hypoglossus. 11. Ramus musculi thyreohyoidei.

12. Ramus musculi geniohyoidei. 13. Coniunctio utriusque nervi hypoglossi. 14. Surculus musculi styloglossi. 15. Ramuli musculorum hyoglossi et lingualis. 16. 16. Rami musculi genioglossi.

**Figura decima quarta.**

*Vasa papillae circumvallatae linguae viri adulti, arte impleta et diametro vicies adaucta.*

*a.* Annulus membranae mucosae tumidus, quo papilla (*b*) circumdata est. *c.* Fossa inter papillam et anulum. *d.* Ostiola nonnullarum cryptarum mucosarum. *e.* Ansa vasorum, diverso modo dispositae, quibus papilla circumvallata praedita est. *f.* Ansa vasorum, in annulo papillam cingente conspicuae.

**Figura decima quinta.**

*Vasa papillarum aliquot filiformium eiusdem linguae vicies augmentata.*

*a.* Basis, *b.* summum quinque papillarum huius ordinis. *c.* Rete arteriosum, in papillarum basi situm, e quo singula vasa prodeunt atque ad papillas surgunt. *d.* Ansa horum vasorum.

**Figura decima sexta.**

*Vasa papillarum conicarum item amplificata.*

*a.* Papillarum conicarum basis, et *b.* apex. *c.* Rete arteriosum in basi papillarum exstans. *d.* Ansa vasorum, in papillis conspicuae.

**Figura decima septima.**

*Vasa papillae fungiformis vicies adaucta.*

*a.* Basis apice angustior. *b.* Apex obtusus et subrotundus. *c. c.* Nonnulla vasa, e reti linguae superficiali prodeuntia. *d. d.* Eorum ramificatio. *e. e.* Ansa ramorum in parte papillae crassiore conspicuae.

**Figura duodevicesima.**

*Membrana linguae mucosa cum papillis nonnullis conicis per medium dissecta et vicies augmentata.*

*a.* Membrana linguae mucosa. *b.* Papillae conicae, quarum tres persectae sunt. *c.* Ramuli vasorum arteriae raninae per membranae mucosae massam ad eius superficiem tendentes. *d.* Surculi horum ramulorum ad membranam mucosam pertinentes. *e.* Rete vasorum superficiale, a quo multa vasa exoriuntur et in papillas surgunt. *f.* Ansa horum vasorum, diverso modo dispositae.

**Figura undevicesima.**

*Vasa rugae linguae transversae vicies adaucta.*

*a.* Rete vasorum in basi rugae conspicuum. *b.* Vasa ansata et tortuosa rugae.

**Figura vicesima.**

*Vasa plicae linguae tenuissimae vicies amplificata.*

*a.* et *b.* ut in figura antecedente.  
 Vasorum ansae plicarum, rugarum papillarumque linguae diversarum et breviores et longiores, et angustiores et ampliores, et confertiores et diffusiores, et rectiores et tortuosiores comparent.



## TABULA UNDECIMA.

**Figura prima.**

*Sulci et eminentiae lineares faciei cutis externae.*

Magnitudo paululum adaucta est.

## A.

*Facies palmaris apicis digiti indicis manus dextrae hominis adulti.*

*a.* Lineae et sulci vorticosi. *b.* Lineae et sulci arcuati. *c.* Lineae et sulci transversi. *d.* Plicae cutis nonnullae in lateribus articuli tertii conspicuae.

## B.

*Portio marginis ulnaris et dorsi manus sinistrae eiusdem viri.*

*e.* Sulci obliqui in margine manus conspicui. *f.* Sulci stellares, quibus dorsum manus insignitum est. *g.* Ostiola folliculorum sebaceorum et pilorum, in centro horum sulcorum obvia.

**Figura secunda.**

*Reticula et foveolae faciei cutis internae cum panniculo eius adiposo et fascia subcutanea.*

Et facie antibrachii flexoria haec portio cutis deprompta est.

*a. a.* Foveolae seu areolae reticulorum maiores et minores, quae adipe, scalpello hic ablata, confertae erant. *b.* Panniculus adiposus subcutaneus. *c.* Fascia subcutanea.

**Figura tertia.**

*Cuticula cum reticulo mucoso et corium plantae pedis hominis adulti.*

Epidermis cum reticulo mucoso dimidiae corii parti detracta atque ita reflexa est, ut canales sudoriferi, qui e corio in reticulum et epidermidem transcunt, conspici possint.

*a.* Interior cuticulae seu epidermidis superficies, lineis et sulcis transversis insignita. *b.* Reticulum s. stratum mucosum, internam cuticulae faciem obducens. *c.* Facies corii superior, reticulo mucoso et epidermide denudata. *d. d. d.* Canales sudoriferi seu spirales, qui cuticula reflexa ita intensi sunt, ut in angulo reflexionis in modum filamentorum rectorum et tenuissimorum conspiciantur.

**Figura quarta.**

*Strata cutis plantae pedis ad perpendicularum dissecta et lente vitrea adaucta.*

*a.* Lineae eminentes, et *b.* sulci faciei cutis externae e transverso dissecti.

*c.* Epidermis s. cuticula, ex incumbentibus sibi lamellis composita.

*d.* Reticulum s. stratum mucosum, cuius eminentiae sulcis maioribus et minoribus in exteriori cutis facie inseruntur.

*e.* Corium, in quo fibrae cellulares in fasciculos confertae et usque ad papillas tendentes conspiciuntur. *f. f.* Papillae gemellae, quae uni eminentiae in exteriori cutis parte respondent. *g.* Sulci leviores inter has papillas gemellas. *h.* Sulci altiores inter binas papillarum gemellarum series. *i.* Areolae, adipe confertae, in facie corii interiore inter fasciculos fibrosos conspicuae (conf. fig. 2. a).

*k.* Panniculus adiposus, in quo vesiculae adiposae innumerae conspiciuntur. *l.* Fibrae cellulares, huius panniculi, telae cellulosae subcutaneae et fibris corii cellularibus continuae.

**Figura quinta.**

*Epidermis cum reticulo mucoso imae calcis ab interiore parte exhibita et sexies adaucta.*

*a.* Epidermidis facies interna. *b.* Reticulum mucosum. *c.* Lineae eminentes maiores, quae sulcis corii altioribus respondent. *d.* Sulci profundiores, quibus eminentiae faciei cuticulae exterioris respondent. *e.* Eminentiae leviores, in sulcis profundioribus perspicuae, quae sulcis inter papillarum gemellarum series sitis infiguntur. *f. f.* Foveolae reticuli, quibus papillae cutis continentur.

Harum foveolarum series ordinibus papillarum corii conveniunt; etenim illae gemellae sunt (conf. fig. 6).

**Figura sexta.**

*Epidermis et corium plantae pedis ab exteriori parte delineata et decies augmentata.*

A. A. Portio cutis cum epidermide.

*a.* Sulci. *b.* Lineae eminentes. *c.* Ostiola infundibuliformia canalium sudoriferorum, seu pori cutis.

B. B. Portio cutis, detracta et amota cuticula cum reticulo.

*d.* Sulci altiores, qui eminentiis maioribus faciei reticuli internae (fig. 5. c) respondent. *e.* Sulci leviores inter papillas geminas, quibus eminentiae minores (fig. 5. e) reticuli mucosi infiguntur. *f.* Orificia canalium sudoriferorum corii, inter papillas geminas conspicua, quibus ostiola infundibuliformia in superficie cutis conveniunt. *g.* Ordines papillarum gemellarum, quae foveolis reticuli mucosi inseruntur. Cuique ordini gemello una linea eminens, poris insignita (*b. c.* huius figurae), par est.

**Figura septima.**

*Tela faciei corii internae reticularis et cellularis lente vitrea amplificata.*

*a.* Fasciculi fibrarum maiores et minores. *b.* Mutua coniunctio et decussatio horum fasciculorum. *c.* Areolae maiores et minores, quae adipe confertae erant.

**Figura octava.**

*Organa sudoripara cutis plantae pedis lente vitrea modice augmentata.*

*a-l.* ut in figura quarta.

*m.* Folliculi sudoripari. *n.* Canales spirales s. sudoriferi. *o.* Ostiola horum canalium, seu pori infundibuliformes.

**Figura nona.**

*Folliculi sebacei simplices et loculati.*

## A.

*Portiuncula cutis auriculae ad perpendicularum dissecta et lente vitrea adaucta.*

*a.* Folliculus sebaceus simplex vesicularis, et *b.* lagenaeformis. *c.* Ostiola horum folliculorum. *d.* Corium.

## B.

*Portio cutis pinnae narium perpendiculariter scalpello divisa et amplificata.*

*a.* Epidermis. *b.* Corium. *c.* Panniculus adiposus.

*d. d.* Folliculi sebacei simplices. *e. e.* Folliculi loculati. *f.* Cavitas communis huius folliculi. *g.* Cellulae seu loculi adiuncti, cavitati communi continui. *h.* Folliculus pili, item continuus receptaculo communi. *i.* Pilus, ex ostiolo folliculi sebacei prodiens.

**Figura decima.**

*Organa sudoripara, glandulae sebaceae acinosae et folliculi pilorum cutis axillaris.*

Figura magnitudinem naturalem superat.

*a.* Cuticula. *b.* Corium. *c.* Panniculus adiposus.

*d.* Duo folliculi sudoripari. *e.* Canales spirales.

*f.* Folliculi pilorum. *g.* Glandulae sebaceae acinosae, quarum duae ad unumquemque folliculum plerumque pertinent. *h.* Acini harum glandularum. *i.* Earum ductus excretorius, cavitati folliculi pili continuus. *k.* Orificia folliculorum pili. *l.* Radix, et *m.* truncus pili.



**Figura undecima.**

*Organa sudoripara, glandulae sebaceae acinosae et folliculi pilorum labii maioris partium foeminae genitalium.*

Augmentatio figurae ut in priori icone.

*a-m.* ut in fig. decima.

*n.n.n.* Glandulae sebaceae acinosae propriae maiores et minores.

*o.* Acini glandularum. *p.* Receptaculum commune et ductus excretorius. *q.* Folliculus pili, cavitati glandulae sebaceae communi continuus. *r.* Pilus, ex orificio folliculi sebacei prodians.

**Figura duodecima.**

*Vasa ansata papillarum cutis palmae manus hominis adulti, cuius arteriae felicissime repletae sunt, vicies adaucta.*

*a. a.* Lineae eminentes corii, e papillis (*b*) compositae. *c. c.* Sulci.

Ansae vasorum papillarum cutis s. tactus in modum papillarum rugarumque linguae multifarie dispositae sunt.

**Figura decima tertia.**

*Rele vasorum cutis faciei hominis adulti, cuius arteriae arte repletae sunt, vicies amplificatum.*

*a. a.* Pori cutis seu orificia canalium spiraliurn. *b.* Ostiolum folliculi sebacei, e quo pilus (*c*) prodit.

*d.* Vasa ansata superficialia. *e.* Vasa his subiacentia, quae rete in facie corii externa componunt.

**Figura decima quarta.**

*Distributio arteriarum per internam cutis superficiem.*

Figura lente vitrea adaucta est.

*a-c.* ut in figura septima.

*d.* Trunculus arteriae cutem adeuntis. *e. e. e.* Huius ramuli.

*f. f.* Horum surculi, qui supra et infra fibrarum fasciculos distribuuntur et rete in facie cutis interiore conspicuum faciunt.

**Figura decima quinta.**

*Vasa lymphatica cutis scroti, mercurio repleta et quater adaucta.*

*a.* Rete vasorum lymphaticorum, e minimis horum sureculis constans. *b. b. b.* Nonnulli trunci lymphatici subcutanei, per cutem conspicui.

**Figura decima sexta.**

*Unguis digiti pollicis hominis adulti una cum illa cuticulae parte, cui circumcirca inhaeret et continuatus est, de digito detractus et ab exteriori facie exhibitus.*

*a.* Radix unguis, cuticula vestita. *b.* Corpus seu pars media, *c.* apex unguis. *d.* Epidermis, radicem et latera unguis ambiens. *e.* Lunula unguis.

**Figura decima septima.**

*Idem unguis cum cuticula ex interiore facie, qua ipsimet digito adhaeret, descriptus.*

*a.* Radix, *b.* corpus, *c. c.* latera unguis.

Facies unguis inferior reticulo mucoso vestita est. Eminentiae et sulci, qui sulcis et lineis eminentibus corii ungue tecti respondent, in longum parallelo ordine dispositi sunt.

*d. d.* Pars ipsiusmet cuticulae prope unguem. *e.* Lunula unguis.

**Figura duodevicesima.**

*Digitus hominis adulti annularis, a quo unguis detractus est, ut eminentiae corii longitudinales conspiciantur.*

*a. a.* Locus, quem unguis integit. *b. b.* Lineae seu striae eminentes longitudinales, suis extremis (*c. c.*), quae papillae vocantur, eo pertinentia, ubi ab extremo ungue cuticula recedit. *d. d.* Sulci, quibus laterales unguis margines infiguntur. *e.* Aditus matricis unguis, cui radix unguis inhaesit.

**Figura undevicesima.**

*Idem digitus cum ungue per longum dissectus.*

*a.* Phalanx tertia. *b.* Adeps. *c.* Cutis. *d.* Matrix unguis seu plica cutis profunda, cui radix unguis infigitur. *e.* Corium, ungue tectum. *f.* Epidermis cum reticulo, faciem concavam corporis unguis eiusque radicem obducens. *g.* Radix, *h.* corpus, *i.* apex unguis.

**Figura vicesima.**

*Eadem icon 2 1/2 partibus adaucta.*

*a-i.* ut in priore figura.

*k.* Laminae epidermidis tenues, inter unguem et matricis principium sitae, quae a cuticula recedunt et ad unguem ita se applicant, ut laminae unguis adhaereant cumque iis sensim coalescant. *l.* Unguis laminae sibi confertim incumbentes.

**Figura vicesima prima.**

*Lanugo cum folliculo suo e cute faciei viri adulti deprompta et lente vitrea adaucta.*

*a.* Folliculus pili. *b.* Radix, *c.* truncus, *d.* apex pili. *e.* Eius substantia externa s. corticalis, *f.* interna s. medullaris.

**Figura vicesima secunda.**

*Pilus cum folliculo suo de cute cranii viri adulti demtus et augmentatus.*

*a.* Folliculus pili. *b.* Eius orificium, et *c.* fundus.

*d.* Pulpa seu plastema pili. *e.* Radix pili. *f.* Radicis bulbus, in quo pulpa inhaeret. *g.* Truncus pili. *h.* Eius pars extra cutem eminens.

**Figura vicesima tertia.**

*Radix pili barbae cum pulpa et folliculo suo valde adaucta.*

*a.* Portiuncula trunci pili, qui e massa externa seu corticali (*b*) et interna seu medullari (*c*) constat.

*d.* Radix pili. *e.* Pars radicis clavaeformis, quae bulbus pili nominatur. *f.* Eius basis excavata, in qua pulpa pili (*g*) inhaeret. *h.* Arteriola, pulpam adiens (conf. fig. 25). *i.* Eius distributio in pulpam.

*k.* Cutis folliculi pili. *l.* Eius fundus pulpa pili obsitus. *m.* Cuticula seu epidermis folliculi, quae ad bulbum pili se applicat cumque eo coalescit.

**Figura vicesima quarta.**

*Portiuncula folliculi pili barbae cum arteriis eum adeuntibus magnum in modum amplificata.*

*a.* Folliculus. *b.* Eius fundus. *c.* Pili truncus, extra folliculum eminens.

*d. d.* Duae arteriae, fundum folliculi adeuntes (conf. fig. 25). *e.* Harum distributio. *f.* Retia maiora et minora, ad folliculum pertinentia.

**Figura vicesima quinta.**

*Segmentum cutis barbae minimum tres pilos comprehendens et arteriis arte repletis praeditum, microscopio composito visum.*

*a.* Pars pilorum extra cutem eminens. *b.* Pars pilorum folliculo (*c*) clausa. *d.* Fundus folliculi cum pulpa. *e. e.* Duae arteriae, faciem cutis interiore aduntes et anastomosin facientes (conf. fig. 14). *f.* Rami harum arteriarum, qui per cutem distribuuntur, coniunctiones ineunt et retia constituunt, quorum minimum in facie cutis exteriori conspicuum est. *g. g.* Arteriarum surculi ad fundum folliculi pilorum spectantes. *h.* Rete arteriarum ad folliculum pertinens.



**TABULÆ ANATOMICÆ.**

---

**ICONES ORGANORUM SENSUUM.**




TABLE OF CONTENTS

CHAPTER I























TABULAE ANATOMICAÆ.






Friderici Arnoldi  
TABULAE ANATOMICAЕ.

Fasciculus II.  
Tabula I.






TABULAE ANATOMICAЕ.






TABULAE ANATOMICAÆ.


























TABULAE ANATOMICAÆ.

















TABULAE ANATOMICAÆ.

















TABULAE ANATOMICAЕ.






TABULAE ANATOMICAЕ.



























TABULAE ANATOMICAЕ.























Friderici Arnaldi  
**TABULAE ANATOMICAЕ.**

Fasciculus II.  
Tabula VII.




















F. Wiegner ad culturam et in lep. del.

Offic. Lithograph. Orellii-Fischeri & Soc.




TABULAE ANATOMICAЕ.





FridERICI ARNOLDI

TABULAE ANATOMICAЕ.


















TABULAE ANATOMICAЕ.























TABULAE ANATOMICAЕ.













TABULAE ANATOMICAЕ.

























TABULAE ANATOMICAЕ.





TABULAE ANATOMICAЕ.





TABULAE ANATOMICAЕ.

